Locutusq; est dñs ad moysen dicēs: Loq̄re ad filios isrl̄. ⁊ dices ad eos Vir siue mulier cū fecerit votum ut scificent̄ ⁊ se voluerint dño cōsecrare: a vino ⁊ oi q̄ inebriare pōt abstinebūt. Acetum ex vino ⁊ ex qualibet alia potiōe: ⁊ q̄cq̄d de vua exprimi⁹ nō bibēt: vuas recentes siccasq; non comedēt: cuneti⁹ dieb⁹ quibus ex voto dño cōsecrant̄. Quicq̄d ex vinea cē pōt ab vua passa vsq; ad acinū. nō comedēt. Oi tpe separationis sue nouacula nō transibit p caput eius vsq; ad ꝑpletū diē q̄ dño ꝓsecrat̄. Pcūs erit crescēte cesarie capit⁹ ei⁹. Oi tpe ꝓsecratiōis sue sup mortuū non ingredie⁹: nec sup patris q̄dē ⁊ matris ⁊ fratris sororisq; funere cōtaminabit̄: quia cōsecratio dei sui sup caput ei⁹ ē. Oib⁹ dieb⁹ separationis sue sanct⁹ erit dño Si aūt mortu⁹ fuerit subito q̄spiā coram eo: polluet̄ caput ꝓsecratiōis ei⁹. q̄ radet illico ⁊ i eadē die purgatiōis sue. ⁊ rursū septima In octaua aūt die offeret duos turtures ut duos pullos colūbe sacerdoti i introitu federis testimonij: faciet̄q; sacerdos vnū ꝑ pctō ⁊ alterum in holocaustū. ⁊ ꝯpcabit̄ pro eo. ea pccauit sup mortuo: scificabit̄q; caput ei⁹ in die illo. ⁊ cōsecrabit dño die separatiōis illi⁹ offerens agnū anniculū ꝑ pctō. ita tñ ut dies ꝓores irriti fiāt: q̄m polluta est scificatio ei⁹. Ista est lex ꝓsecratiōis. Cū dies q̄s ex voto vereuerat complebunt̄: adducet eū ad ostiū tabernaculi federis: ut offerat oblationē eius dño. agnū anniculū imaculatū i holocaustū ⁊ ouē anniculā imaculatā. ꝑ pctō: ⁊ arietem imaculatū hostiā pacificā: canistr⁹q; panum azimoꝝ q̄ ꝓspsi sunt oleo: ⁊ lagana absq; fermēto uncta oleo. ac libamina singuloꝝ q̄ offeret sacerdos cora dño: ⁊ faciet tā. ꝑ pcca to. q̄ in holocaustū. Arietē vero immolabit hostiā pacificā dño. offerēs sil̄ canistrū azimoꝝ ⁊ libamenta q̄ ex more debent. Tūc radetur naçare⁹ añ ostiū tabernaculi federis cesarie ꝓsecrationis sue: tolletq; capillos ei⁹ ⁊ ponet sup ignē q̄ est suꝑpositꝰ sacrificio pacificoꝝ. ⁊ armū coctum arietis: tortā q̄q; absq; fermento vnā de canistro. ⁊ laganū azimū vnū. ⁊ trahet in manꝰ naçarei postq̄ rasū fuerit caput ei⁹: suscepta q̄q; rursū ab eo eleuabit in ꝓspectu dñi. ⁊ sanctificata sacerdotis erūt: sicut pectusculū q̄ separari iussum ē ⁊ femur. Postḡ pōt bibē naçareꝰ vinū. Ista ē lex naçarei cum vouerit oblationē suā dño de tpe cōsecrationis sue: excepti⁹ his que ꝑuenerit manꝰ ei⁹. Iuxta q̄ mente devouerat: ita faciet ad pfectionē scificatiōis sue. Locutusq; ē dñs ad moysen dicēs: Loq̄re aaron ⁊ filijs ei⁹: Sic bñdicet̄ filijs isrl̄: ⁊ dicet̄ eis: Benedicat tibi dñs: ⁊ custodiat te. Ostendat dñs faciem suā tibi: ⁊ misereat tui. Cōuertat dñs vultū suū ad te. ⁊ det tibi pacē. Invocabunt̄q; nomē meū sup filios isrl̄. ⁊ ego benedicā eis.

VII

Factū ē aūt in die q̄ cōpleuit moyses tabernaculum ⁊ erexit illud: unxit̄q; ⁊ scificauit cū oib⁹ vasis suis altare sil̄ ⁊ oia vasa ei⁹: obtulerunt principes israel ⁊ capita familiaꝝ. q̄ erāt ꝑ singulas trib⁹ ꝓfecti eoꝝ qui numerati fuerāt mūera cora dño sex plaustra tecta cū duodecim bob⁹. Unum plaustrū obtulere duo duces: ⁊ vnum bouē singuli: obtulerūq; ea i ꝓspectu tabernaculi Dixit aut̄ dñs ad moysen: Suscipe ab eis ut seruiāt i misterio tabernaculi. ⁊ trades ea leuitis iuxta ordinē misterij sui. Et acq̄ cū suscepisset moyses plaustra ⁊ boues: tradidit ea levitis. Duo plaustra ⁊ quatuor boues dedit filijs gerson. iuxta id q̄ habebant necessariū. q̄tuor alia plaustra ⁊ octo boues dedit filijs merari ꝓm officia ⁊ cultum suum: sub manu

ytbamar filij aaron sacerdotis. Filijs aũt ca-
ath non tradit plaustra ⁊ boues: qa i scũario
seruiũt. ⁊ onera ꝓpijs portant humeris. Igit
obtulerũt duces i dedicationẽ altarj· die qua
unctũ est· oblationẽ suã añ altare. Dixitq; do-
min⁹ ad moysen: Singuli duces p singulos
dies offerãt munera i dedicationẽ altarj. Pri-
mo die obtulit oblationẽ suam naason filius
ãminadab de tribu iuda: fuerantq; in ea ace-
tabulũ argẽteũ. pondo centũ triginta siclo⁹:
phiala argẽtea bñs septuaginta siclos iuxta
põdus scũarij· utrũq; plenũ simila ospsa oleo
in sacrificiũ· moztariolũ ex dece siclis aureis
plenũ incenso· bouem de armẽto ⁊ arietem ⁊
agnũ anniculũ i holocaustũ· hircũq; p pctõ
⁊ in sacrificio pacifico⁹ boues duos· arietes
q̃nq;· hircos q̃nq;· agnos anniculos quinq;.
Hec ẽ oblatio naasõ filij ãminadab. Secũdo
die obtulit nathanael fili⁹ suar duc de tribu
yssachar acetabulũ argẽteũ appendens centũ
triginta siclos· phialã argenteã bñtẽ septua-
ginta siclos iuxẽ põd⁹ scũarij· utrũq; plenũ si-
mila ospsa oleo in sacrificiũ: moztariolũ au-
reũ bñs dece siclos plenũ incẽso: bouẽ de ar-
mẽto ⁊ arietẽ. ⁊ agnũ anniculũ i holocaustũ
hircũq; p pctõ. ⁊ i sacrificio pacifico⁹ boues
duos· arietes q̃nq;· hircos q̃nq;· agnos anni
culos quinq;. Hec fuit oblatio nathanael filij
suar. Tertio die princeps filiozum zabulon
heliab fili⁹ helon obtulit acetabulũ argenteũ
appendẽs centũ triginta siclos· phialã argen-
teã bñtẽ septuagita siclos ad põdus scũarij.
utrũq; plenũ simila ospsa oleo in sacrificiũ:
moztariolũ aureũ appendens dece siclos ple-
nũ incẽso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ ⁊ agnum
anniculũ i holocaustũ· hircũq; p pctõ. ⁊ in sa
crificio pacifico⁹ boues duos· arietes q̃nq;·
hircos q̃nq;· agnos ãniculos q̃nq;. Hec ẽ ob-
latio heliab filij helon. Die q̃rto princeps filio-
rũ ruben elisur fili⁹ sedeur· obtulit acetabulũ
argenteũ appendẽs cẽtũ triginta siclos· phia-
lam argenteam bñtem septuaginta siclos ad
põd⁹ scũarij: utrũq; plenũ simila cõspsa oleo
i sacrificiũ: moztariolũ aureũ appendẽs dece
siclos plenũ incẽso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ ⁊
agnum anniculũ i holocaustũ· hircũq; p pctõ
⁊ i hostias pacifico⁹ boues duos· arietes q̃n-
q;· hircos quinq;. agnos anniculos q̃nq;. Hec
fuit oblatio elisur filij sedeur. Die quinto p̃n-
ceps filiozũ symeon salamiel fili⁹ surisaddai
obtulit acetabulũ argẽteũ appẽdẽs centũ tri-
ginta siclos. phialã argẽteã bñtẽ septuagita
siclos ad pondus scũarij· utrũq; plenũ simila
conspsa oleo i sacrificiũ: moztariolũ aureum
appendens dece siclos plenũ incenso: bouẽ de
armento ⁊ arietẽ ⁊ agnũ ãniculũ in holocau
stũ· hircũq; p pctõ. ⁊ in hostias pacifico⁹ bo-
ues duos· arietes q̃nq;· hircos quinq;· agnos
ãniculos q̃nq;. Hec fuit oblatio salamihel fi-
lij surisaddai. Die sexto p̃nceps filiozum gad
heliasaph fili⁹ duel obtulit acetabulũ argen-
teũ, appẽdẽs cẽtũ trigita siclos· phialã argen-
teã bñtẽ septuaginta siclos ad pond⁹ scũarij.
utrũq; plenũ simila ospsa oleo i sacrificium:
moztariolũ aureũ appendẽs decem siclos ple
num incenso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ ⁊ agnũ
ãniculũ in holocaustũ· hircũq; p pctõ: ⁊ i ho-
stias pacifico⁹ũ· boues duos· arietes quinq;·
hircos q̃nq;· agnos ãniculos q̃nq;. Hec fuit
oblatio heliasaph filij duel. Die septimo p̃n-
ceps filiozũ ephraim elisama fili⁹ ammiud ob-
tulit acetabulũ argẽteũ appẽdẽs cẽtũ trigin-
ta siclos· phialã argenteã bñtẽ septuagita si-
clos ad põdus scũarij· utrũq; plenum simila
ospsa oleo in sacrificiũ: moztariolũ aureũ ap
pendens decẽ siclos plenũ incẽso: bouẽ de ar-
mento ⁊ arietẽ ⁊ agnũ ãniculũ i holocaustũ
hircũq; p pctõ. ⁊ i hostias pacifico⁹ũ boues
duos· arietes q̃nq;· hircos q̃nq;· agnos ãni-
culos q̃nq;. Hec fuit oblatio elisama filij am-
miud. Die octauo p̃nceps filiozum manasse
gamaliel filius phadassur obtulit acetabulũ
argenteũ appẽdẽs centũ triginta siclos· phia
lã argenteã bñtẽ septuaginta siclos ad põd⁹
scũarij: utrũq; plenũ simila ospsa oleo in sa-
crificiũ: moztariolũ aureũ appendens decem
siclos plenũ incenso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ
⁊ agnũ anniculũ i holocaustũ· hircũq; p pcc-
cato. ⁊ i hostias pacifico⁹ boues duos· arie-
tes q̃nq;· hircos q̃nq;· agnos anniculos q̃nq;
Hec fuit oblatio gamaliel filij phadassur. Die
nono p̃nceps filiozum beniamin abidan fi-
lius gedeonis obtulit acetabulũ argenteum
appendẽs centũ triginta siclos: phialã argen-
teã bñtẽ septuaginta siclos ad põdus scũarij
utrũq; plenũ simila cõspsa oleo in sacrificiũ:
moztariolũ aureũ appendens decẽ siclos ple-
nũ incẽso: bouẽ de armẽto ⁊ arietẽ ⁊ agnum
anniculũ i holocaustũ: hircũq; p pctõ. ⁊ i ho
stias pacificozum boues duos, arietes q̃nq;·

bircos q̄nq̄ agnos āniculos q̄nq̄. Hec fuit oblatio abidan filij gedeonis. Die tercio p̄nceps filioꝝ dan abieçer filij amisaddai obtulit acetabulū argenteū appēdēs centū triginta siclos phialā argenteā būtē septuaginta siclos ad pondus scūarij vtrq̄ plenū simila conspso oleo i sacrificiū: mortariolū aureū appendens tecē siclos plenū incēso: bouē te armēto arietē agnū āniculū in holocaustū: bircūq̄ p pcō. in hostias pacificoꝝ boues duos arietes q̄nq̄ bircos q̄nq̄ agnos āniculos q̄nq̄. Hec fuit oblatio abieçer filij amisaddai. Die vndecimo p̄nceps filiozum aser phegiel filius ochran obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētū triginta siclos phialā argēteā habētē septuaginta siclos ad pōdus scūarij vtrūq̄ plenū simila cōspsa oleo in sacrificiū: mortariolū aureū appendēs tecē siclos plenū incēso: bouē te armēto arietē agnū āniculū i holocaustū: bircūq̄ p pcō in hostias pacificozum boues duos arietes q̄nq̄ bircos q̄nq̄ agnos āniculos q̄nq̄. Hec fuit oblatio phegiel filij ochran. Die duodecimo p̄nceps filioꝝ neptalim abira filius benan obtulit acetabulū argenteū appendens cētū triginta siclos phialā argenteā habentem septuaginta siclos ad pond⁹ sanctuarij. vtrūq̄ plenū simila oleo cōspsa in sacrificiū mortariolum aureum appendēs tecē siclos plenū incēso: bouē te armēto arietē agnū āniculū in holocaustū bircūq̄ p pcō. in hostias pacificoꝝ boues duos arietes q̄nq̄ bircos q̄nq̄ agnos āniculos q̄nq̄. Hec fuit oblatio abira filij benan. Hec tedicatiōe altaris oblata sūt a p̄ncipib⁹ isrl in die q̄ pfecratū ē: acetabula argētea duodecim phiale argētee duodecim mortariola aurea duodecī ita ut centū triginta argēti siclos habēt. vnū acetabulū. septuaginta siclos vna phiala. in cōe vasoꝝ oīuz ex argēto siclī duo milia q̄dringēti pōdere scūarij: mortariola aurea. Duodecī plena incēso. tenos siclos appendētia pondē scūarij. i. sil' auri sicli centū viginti boues te armēto i holocaustū duodecī arietes duodecī agni āniculi duodecī. libamēta eoꝝ. birci duodecī p pcō in hostias pacificoꝝ boues viginti q̄tuoꝝ arietes sexaginta birci sexaginta agni anniculi sexaginta. Hec oblata sūt in tedicatiōe altaris q̄n vnctū ē.

Cūq̄ ingrederet moyses tabernaculū federj ut cōsuleret oraculū: audiebat vocē loquētis ad se de p̄pitiatorio. qđ erat sup archā testimonij inter duos cherubin: vnde et loq̄bat ei.

LOcutusq̄ est dñs ad moysen. VIII dicens: Loqre aaron. et dices ad eū: Cū posuerj septē lucernas. cādelabrū in australi pte erigat. Hoc igit̄ precipe ut lucerne p̄ boreā e regiōe respiciāt ad mensam panū p̄positiōis: p eā partē quā cādelabrū respicit lucere debēbūt. Fecitq̄ aaron et ipso fuit lucernas sup candelabrū: ut p̄cepat dñs moysi. Hec aūt erat factura cādelabri ex auro ductili tam medi⁹ stipes q̄ cuncta que ex vtroq̄ calamoꝝ latere nascebāt. Juxta exēplū q̄ ondit dñs moysi: ita opat⁹ ē candelabꝝ. Et locut⁹ ē dñs ad moysen dicēs: Tolle leuitas de medio filioꝝ isrl. et purificabis eos iuxta būcritū. Aspgant aq̄ lustratiōis et radāt cēs pilos carnis sue. Cūq̄ lauerint vestimēta sua et mūdati fuerint. tollēt bouē de armētis et libamentū eius similā oleo cōspsam: bouē aūt alterū de armento accipies p pcō. et applicabis leuitas cora tabernaculo federj cōuocata oī multitudine filioꝝ isrl. Cūq̄ leuite fuerint cora dño ponēt filij isrl manus suas sup eos. et offeret aaron leuitas mun⁹ in p̄spectu dñi a filijs isrl: ut seruiāt in misterio ei⁹. Leuite q̄q̄ ponēt man⁹ suas sup capita bouū de q̄b⁹ vnū facies p pcō. et alterū holocaustū dñi: ut pcerj p eis. Statuesq̄ leuitas i p̄spectu aaron et filioꝝ ei⁹. et p̄secrabis oblatos dño ac sepabis de medio filiozū isrl ut sint mei. et postea ingrediāt tabernaculū federis ut fuiāt mihi. Dicq̄ purificabis et p̄secrabis eos i oblatione dñi. qm̄ dono dnati sūt mihi a filijs isrl. Pro p̄mogenitis q̄ aperiunt oēm vuluā i isrl: accepi eos. Mea sūt eni oīa p̄mogenita filioꝝ isrl tam ex hoibus q̄ ex iumētis. Ex die q̄ percussi oē p̄mogenitū i tra egypti. scificaui eos mihi. et tuli leuitas p cūctis p̄mogenitis filioꝝ isrl. tradidiq̄ eos dono aaron et filijs ei⁹ de medio ppli: ut fuiant mihi. p isrl i tabernaculo federj. et orent p eis ne sit in ppl̄o plaga si ausi fuerint accedē ad scūariū. Fecerūtq̄ moyses et aaron et ois multitudo filioꝝ isrl sup leuitis que p̄ceperat dñs moysi. purificatiq̄ sūt et lauerūt vestimenta sua. Eleuauitq̄ eos aaron in p̄spectu dñi et orauit p eis: ut purificati ingrederēt ad officia sua i tabnaculū federj cora aaron

ꝛ filijs eiꝰ. Hic ꝓcepat dñs moysi de leuitis
ita factū ē. Locutusq ē dñs ad moysen di-
cēs: Hec ē lex leuitaꝝ. A vigintiq̄nq; ānis ꝛ
sup ingrediēt: ut miſtrēt in tabernaculo fe-
deris. Cūq; q̄nq̄gesimū ānū etatē ipleuerint
seruire cessabūt: erūtq; miſtri fratrū suoꝝ i
tabnaculo federis ut custodiāt q̄ sibi fuerit
cōmendata: opra aūt ipsa non faciant. Sic
dispones leuitis in custodijs suis.

Locut⁹ ē dñs ad moysen i deserto sy
nai anno secūdo postq; egressi sūt de
ra egypti mēse pmo dicēs: Faciāt
filij isrl pbase i tpe suo q̄rtadecima die men-
sis huius ad vesperā iuxta cēs cerimonias ꝛ
iustificatiōes eius. Precepitq; moyses filijs
isrl ut facerēt pbase: Qui fecerūt tēpe suo
q̄rtadecima die mēsis ad vesperā i mōte sy-
nai. Juxta oīa q̄ mādauerat dñs moysi fece-
runt filij isrl. Ecce aūt q̄dā imundi sup aīa
hois q̄ nō poterāt facere pbase i die illo: acce
entes ad moysen ꝛ aaron dixerūt eis: Im-
mūdi sumus sup aīa hois: q̄re fraudamur ut
nō valeam⁹ oblationē offerre dño in tpe suo
inꝰ filios isrl? Quib⁹ rndit moyses: State
ut ꝓsulā q̄d ꝓcipiat dñs de vob. Locutusq;
ē dñs ad moysen dicēs. Loq̄re filijs isrl. Hō
q̄ fuerit imūd⁹ sup aīa sue in via ꝓcul i gē
te vra faciat pbase dño in mēse secūdo q̄rta
decima die mēsis ad vesperā: cū azimis ꝛ la-
ctucis agrestib⁹ comedēt illud. Nō reliquēt
ex eo q̄ppiā vsq; mane: ꝛ os eiꝰ nō ꝓfringēt
cēm ritū pbase obseruabūt. Si q̄s aūt ꝛ mū-
dus ē: ꝛ i itinere nō fuit. ꝛ tū nō fecit pbase
exterminabit͞ aīa illa de pplis suis: q̄a sacrifi-
cium dño non obtulit tpe suo. Pctm̄ suū ipe
portabit. Peregrinus q̄q; ꝛ aduena si fuerint
apud vos: faciēt pbase dño iuxta cerimonias
ꝛ iustificatiōes suas. Preceptū idē erit apud
vos tā aduene q̄m indigene. Igit̄ die q̄ erectū
ē tabnaculū: operuit illud nubes. A vespe aūt
sup tentoriū erat q̄si spēs ignis vsq; mane.
Hic fiebat iugit̄. p die operiebat illud nubes
ꝛ p noctē q̄si spēs ignis. Cūq; ablata fuisset
nubes q̄ tabnaculū ꝓtegebat: tūc ꝓficisce-
bāt filij isrl. ꝛ i loco vbi stetisset nubes: ibi ca-
strametabāt. Ad imperiū dñi ꝓficiscebāt ꝛ
ad imperiū illi⁹ figebant tabernacula. Cūct
diēb⁹ q̄bus stabat nubes sup tabnaculū: ma-
nebāt in eodē loco. ꝛ si euenisset ut multo tē-
pore maneret sup illud: erāt filij isrl in excu-
bijs dñi. ꝛ nō ꝓficiscebāt q̄tēq̄t diēb⁹ fuisset
nubes sup tabnaculū. Ad imperiū dñi erige
bant tentoria. ꝛ ad iperiū illius de ponebant.
Si fuisset nubes a vespe vsq; mane. ꝛ statim
diluculo tabernaculū reliq̄sset. ꝓficiscebāt:
ꝛ si. p⁹ die ꝛ noctē recessisset: dilapabant ten
toria. Si vel biduo aut vno mēse uel lōgiori
tpe fuisset sup tabernaculum: manebant filij
isrl in eodē loco ꝛ nō ꝓficiscebāt: statim aūt
ut recessisset mouebant castra. Per ybū dñi
figebant tētoria. ꝛ p ybū illi⁹ ꝓficiscebant:
erantq; in excubijs dñi iuxta imperiū eius p
manum moysi.

Locutusq; est dñs ad moysen dicēs.
Fac tibi duas tubas argēteas du-
ctiles: q̄b⁹ ꝓuocare possis multitudi-
nē q̄n mouēda sūt castra. Cūq; īcrepuerit tu-
bis: cōgregabit͞ ad te ois turba ad ostiū ta-
bernaculi federis. Si semel clanguerit: venient
ad te ꝓncipes ꝛ capita multitudinis isrl. Si
aūt ꝓlixior atq; ꝓcisus clangor increpuerit
mouebūt castra ꝓmi q̄ sūt ad orientalē pla-
gā. In secūdo aūt sonitu ꝛ pari ululatu tuba
leuabūt tentoria q̄ habitāt ad meridiē. ꝛ iux
hūc modū reliq̄ faciēt ululantib⁹ tubis in ꝓ
fectionē. Cū aūt cōgregāda⁹ ē ꝓpl's simplex
turba: clangor erit. ꝛ nō ꝓcise ululabūt. Fi
lij aūt aaron sacerdotes clangēt tubis: erit q;
hō legitimū sempiternū i gnatiōib⁹ vris. Si
exieritis ad bellū de terra vra ꝓ hostes q̄ di-
micāt aduersū vos: clangetis ululantibus tu-
bis. ꝛ erit recordatio vri cora dño deo vro:
ut eruamini de manib⁹ inimicoꝝ vroꝝ. Si q̄n
habebitis epulū ꝛ dies festos ꝛ calēdas ca-
netis tubis sup holocaustis ꝛ pacificis victi-
mis: ut sint vob i recordationē dei vri. Ego
dñs deus vester. Anno secūdo mēse secūdo
vicesima die mēsis elevata ē nubes de taber
naculo federis: Profectiq; sunt filij isrl p tur
mas suas de deserto synai. ꝛ recubuit nubes
i solitudine pharan. Mouer ūtq; castra ꝓmi
iuxta imperiū dñi p manū moysi. Filij iuda
p turmas suas: q̄x ꝓnceps erat naason filius
aminadab. In tribu filioꝝ yssachar fuit ꝓn-
ceps natbanael filiꝰ suar. In tribu ꝯabulon
erat ꝓnceps eliab filius helon. De posit ūq; est
tabnaculū: q̄ portātes egressi sunt filij ger-
son ꝛ merari. Profectiq; sūt ꝛ filij ruben p
turmas ꝛ ordinē suū q̄rū ꝓnceps erat elisur
filiꝰ sedeur. In tribu aūt filioꝝ symeon ꝓ-

ceps fuit salamihel filij surisaddai. De tribu gad erat ꝓnceps heliasaph filius duel. Profectiq; sūt & caathite portātes scūariū. Tādiu tabernaculū portabāt donec venirēt ad erectiōis locum. Monerūt castra & filij ephraim ꝑ turmas suas: in q̄ exercitu ꝓnceps erat elisama filij ammiud. In tribu autē filiorū manasse ꝓnceps fuit gamaliel filius phadassur. & in tribu beniami erat dux abidan filius gedeōis. Nouissimi castroꝝ oīuꝫ pfecti sūt filij dan ꝑ turmas suas: in q̄ exercitu ꝓnceps fuit ahiezer filij ammisaddai. In tribu aūt filioꝝ aser erat ꝓnceps phegiel filij ochran. Et in tribu filioꝝ neptalim ꝓnceps fuit ahira filij henan. Hec sūt castra & pfectiōes filioꝝ isrl ꝑ turmas suas: qñ egrediebātur. Dixitq; moyses ad obab filio raguel madianite cognato suo. Proficiscimur ad locū q̄ dñs daturus ē nob: veni nobiscū ut bñfaciam⁹ tibi: q̄ dñs bona ꝓmisit israhel. Cui ille rñdit: Nō vadā tecū: sed reuertar in terrā meā & ad q̄ natus sum. Et ille: Noli inq̄t nos relinq̄re. Tu.n. nosti in q̄bus locis ꝑ deserti castra ponē debeam⁹, & eris ductor nr̄. Cūq; nobiscū veneris: q̄cq̄d optimū fuerit ex opibus q̄s nob traditur⁹ est dñs: dabim⁹ tibi. Profecti sūt ḡ de mōte dñi viā trium dierū: archaq; federis dñi ꝓcedebat eos ꝑ dies tres: quidēs castroꝝ locū. Nubes q̄q; dñi sup eos erat ꝑ diē cū icederent. Cūq; eleuaret archa dicebat moyses: Surge dñe & dissipent̄ inimici tui. & fugiāt q̄ oderūt te a facie tua. Cū aūt ponere⁹ aiebat: Reuertē dñe ad multitudinē exercitus isrl.

XI

Factū est aūt ꝙ murmur ꝓpli: q̄si volētiū ꝓ labore ꝑ dñm. Qd. cū audisset irat⁹ ē. & accēsus i eos ignis dñi deuorauit extremā castroꝝ ptem. Cūq; clamasset ꝓplus ad moysen: orauit moyses ad dñm. & absorꝫ ē ignis. Vocauitq; nomē loci illius incēsio. eo ꝙ succēsus fuisset ꝑ eos ignis dñi. Vulgus q̄q; ꝑmiscuū qd alcēderat cū eis flagrauit desiderio sedēs & flens: rūctis sibi pariē filijs isrl. & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscū q̄s comedebamus in egypto gratis: in mentem nobis venīt cucumeres & pepones. porriq; & cepe & allea. Anima nr̄a arida ē: nihil aliud respicim⁹ nisi manna. Erat autem manna q̄si semē coriandri coloris bdellij. Circuibatq; ꝓplm. & colligēs illud frāgebat mola siue terebat i mortario: coquēs i olla & faciens ex eo tortulas saporis q̄si panis oleati. Cūq; descēderet nocte sup castra ros. descēdebat pariē & man. Audiuit ḡ moyses flētē ꝓplm ꝑ familias: singulos ꝑ ostia tētoriū sui. Iratusq; est furor dñi valde: & moysi intoleranda res visa ē. & ait ad dñm: Cur afflixisti seruū tuū? Quare nō inuenio grām coram te? Et cur ipposuisti pōd⁹ vniūsi ꝓpli hui⁹ sup me? Nūq̄d ego ꝙcepi oēm banc multitudinē nec genui eā. ut dicas mihi: porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulū & refer in trā ꝙ iurasti ptrib⁹ eorū? Unde mihi carnes ut dem tāte multitudini? Flent ꝓtra me dicētes. da nob carnes ut comedamus. Nō possum sol⁹ sustinē oēm hūc ꝓplm q̄a grauis ē mihi. Si in alia tibi videt: obsecro ut interficias me & inueniā grām in oculis tuis ne tātis afficiar malis. Et dixit dñs ad moysen. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus isrl. q̄s tu nosti ꝙ seniores ꝓpli sint & magri. & duces eos ad ostiū tabernaculi fœderis: faciesq; ibi stare tecū ut descendā & loqr tibi & auferā de spū tuo tradāq; eis. ut sustentēt tecū onus ꝓpli. & nō tu sol⁹ gueris. Populo q̄q; dices. Sanctificamini. Cras comedetis carnes. Ego.n. audiui vos dicere: Quis dabit nob escas carnū? Bñ nobis erat in egypto. Ut det vob dñs carnes & comedatis. nō vno die nec duob⁹ vel q̄nq; aut decē. nec viginti q̄dē. sed usq; ad mensem diei: donec exeat per nares vras & ꝓdat in nauseā. eo ꝙ repulerit dñm q̄ in medio vri ē. & fleueritis coram eo dicētes: Quare egressi sum⁹ ex egypto ut patrem⁹ in solitudine? Et ait moyses ad dñm: Sexcēta milia ꝑdītū hui⁹ ꝓpli sūt. Et tu dicis: dabo eis esū carniū mēse integro? Nūq̄d ouiū & boū multitudo cedet ut possit sufficē ad cibū. vel oēs pisces maris in vnū cōgregabunt ut eos saties? Cui rñdit dñs: Numq̄d man⁹ dñi infirma ē? Jam nūc videbis. vtrū me⁹ sermo operi cōpleat. Venit igit moyses & narrauit ꝓplo ꝙba dñi. congregās septuaginta viros de seniorib⁹ isrl. q̄s stare fecit circa tabernaculū. Descenditq; dñs ꝑ nubē. & locut⁹ ē ad eū. auferēs de spū q̄ erat i moyse & dans septuaginta virīs. Cūq; requieuisset in eis spūs ꝓphetare sūt nec vltra cessauerūt. Remanserant aūt in castris duo virī. q̄rū vn⁹ vocabat

ɫeldad ⁊ alĕ medad·sup ꝗs reꝙcuit ſpūs:nā ⁊ ipſi ꝛeſcripti fuerāt ⁊ nō exierant ad taber-naculū. ¶Cū ꝓphārēt i castris:cucurrit puer ⁊ nunciauit moysi dicens: Heldad ⁊ medad ꝓphætāt i castris. Stati iosue filiꝰ nō miſter moysi ⁊ electus:e pluribus·ait: Dñe mi moy ſes ꝓhĭbe eos. At ille:ꝗd ĭnḋt emularis pro me? Quis tribuat ut oīs ꝓphꝫ ſit: ⁊ ꝛet eis dñs ſpm ſuū? Reūſuſqꝫ ē moyses ⁊ ma-iores natu iſrl i castra. Uent⁹ aūt egrediēs a dño·arreptas trāſ mare coturnices ꝛetulit ⁊ diſpoſuit i castra.itinĕ quātū vno die ꝓfici pōt ex oī pte castroꝝ p circuitū: volabātqꝫ in aere duob⁹ cubitis i altitudine ſup terrā Surgēs ḡ ꝓphꝫ toto die illo ⁊ nocte ac die altero:congregauit coturnicū multitudinē:q̄ pau-ꝛe ĉecĕdĕ chozos. ⁊ ſiccauerūt eas p gyrū ca ſtroꝝ. Adhuc carnes erāt i dēt⁹ eoꝝ.nec ꝛefecerat huiuſcemodi cib⁹ ⁊ ecce furoꝛ dñi ꝓcitatus i pplm·pcuſſit eū plaga magna ni-mis. Uocatuſqꝫ ē ille loc⁹ ſepulchra cōcupi-ſcētie:ibi.n.ſepelierūt pplm q̄ ꝛeſideꝛauerat carnes. Egreſſi aūt ꝛe ſepulchris ꝓcupiſcē-tie ꝛenerūr in aſeroth:⁊ mānſerūt ibi. ¶XII

Locutaqꝫ ē maria ⁊ aaron ꝑ moyſen ꝓpter vxoꝛē ei⁹ ethiopiſſam.⁊ dixe-rūt: Nū p ſolum moyſen locutus ē dñs? Nōne ⁊ nobis ſiliĕ ē locut⁹? Aō cū au diſſet dñs irat⁹ ē valde. Erat.n. moyſes vir mitiſſim⁹ ſup oēs hoies q̄ morabant ĭ ĉra Stati locut⁹ ē dñs ad eū ⁊ ad aarō ⁊ mariā Egrediemī vos trēs ad tabnaculū federį Cūqꝫ fuiſſent egreſſi ꝛeſcēdit dñs in colūna nubis ⁊ ſtetit i ĭtroitu tabnaculi vocās aarō ⁊ mariā. Qui cū iſſent·dixit ad eos Audite ſermones meos. Si ꝗs fuerit inĕ vos ꝓphēta dñi·i viſiōe apparebo ei·uel p ſomnū loqꝛ ad illū. At nō talis ſerv⁹ me⁹ moyſes q̄ ī oī do-mo mea fideliſſim⁹ eſt. Ꝑoze.n.ad os loqꝛ ei. Palā ⁊ nō p enigmata ⁊ figuras ꝛeū videt. Quare ḡ nō timuiſtĭ ꝛetrabĕ ꝓuo meo moy-ſi? Iratuſqꝫ ꝑ eos abiit. Nubes qꝫ receſſit q̄ erat ſup tabnaculū. Et ecce maria apparuit candēs lepꝛa q̄ſi niꝛ. Cūqꝫ ꝛeſpexiſſet eā aarō ⁊ vidiſſet ꝓfuſā lepꝛa·ait ad moyſen: Obſe-cro dñe mi·ne ĭponas nob⁹ ꝟ pctū qō ſtulte cōmiſim⁹:ne fiat hæc q̄ſi mortua:⁊ ut abor-tiū quod.pĳcit ꝛe vulua matris ſue. Ecce iā mediū carnis ei⁹ ꝛuoꝛatū ē a lepꝛa. Clama-uitqꝫ moyſes ad dñm dicens: Deus obſecro ſana eam. Cui rñdit dñs: Si pat ei⁹ ſpuiſſet in faciē illi⁹:nōne ꝛebuerat ſalti ſeptē dieb⁹ ruboꝛe ſuffundi? Depeſc ſeptē dieb⁹ ex̄ castra ⁊ poſtea reuocabit. Exclusa ē itaqꝫ maria ex̄ castra ſeptē dieb⁹. ⁊ ꝓplus nō ē mot⁹ ꝛe loco illo·donec reuocata eſt maria. ¶XIII

Profectuſqꝫ ē ꝓplus ꝛe aſeroth·fixis tentoꝛijs i ꝛeſerto pharan. Ibiqꝫ lo cut⁹ ē dñs ad moyſen dicēs: Mitte viros q̄ ꝓſiderēt trā chanaan quā daturus ſū filijs iſrl: ſingulos ꝛe ſingulis tribub⁹ ex ꝓncipibus. Fecit moyſes qō dñs imꝑarat ꝛe ꝛeſerto pharan mittēs ꝓncipes viros: q̄ꝝ iſta ſūt noīa. De tribu ruben ſemmua filium ęcchur. De tribu ſymeon:ſaphat filium vri: De tribu iuda:caleb filium iephone. De tri-bu yſachar: igal filiū ioſeph. De tribu effra-im:oſee filium nun. De tribu beniamin:phal-ti filium raphu. De tribu ęabulon: geddihel filium ſodi. De tribu ioſeph ſceptri manaſſe: gaddi filium ſuſi. De tribu dan. ammihel filiū gemalli. De tribu aſer. ſthur filium michael. De tribu neptalim:naabi filiū napſi. De tri-bu gad.guhel filiū machi. Hec ſunt noīa vi-roꝝ q̄s miſit moyſes ad ꝓſiderandā terram· vocauitqꝫ oſee filiū nun ioſue. Miſit ḡ eos moyſes ad ꝓſiderandū terrā chanaan.⁊ di-xit ad eos: Aſcendite ꝑ meridianā plagā Cūqꝫ ꝛeneritis ad mōtes·cōſiderate terrā q̄lis ſit ⁊ pplm q̄ inhabitatoꝛ eſt ei⁹: vtꝝ foꝛtĭ ſit an infirmus·pauci nūeroꝛ an plures·ipſa ĉra bona an mala: vrbes quales· murate an abſqꝫ mur̄ibus? pingnis an ſterilis·nemo-roſa an abſqꝫ arboꝛib⁹. Cōfoꝛtami ⁊ afferte nob⁹ de fructib⁹ ĉre. Erat autē tēp⁹ qñ iā ꝑ-coque vue ꝛeſci pñt. Cūqꝫ aſcēdiſſent explo-rauerūt terrā a ꝛeſerto ſyn·vſqꝫ roob intrā-tib⁹ emath. Aſcēderūtqꝫ ad meridiē ⁊ ꝛene rūt in hebꝛon·vbi erant abiman ⁊ ſiſai ⁊ tol-mai· filij enach: nā hebꝛon ſeptē annis ante thanim vrbē egypti cōdita eſt. Pergenteſqꝫ vſqꝫ ad toꝛꝛentē botri.abſciderūt palmitē cū vua ſua·quem poꝛtaverūt in ꝛecte duo viri. De malis ꝙ granat̄ ⁊ ꝛe ficis loci illi⁹ tule-rūt q̄ appellat⁹ ē nehꝛeſcol.i.toꝛꝛēs botri·eo ꝙ botrū poꝛtaſſent inde filij iſrl. Reuerſiqꝫ exploꝛatoꝛes ĉre p⁹ q̄dragīta dies oī regiōe circuita·ꝛenerunt ad moyſen ⁊ aaron. ⁊ ad oēm cetū filioꝝ iſrl i ꝛeſertū pharan·qō eſt i cades. Locutiqꝫ eis ⁊ oī multitudini oſtēderūt

fructus ẽre. ⁊ narrauerunt dicẽtes: Venim⁹ in ẽrã ad quã misistis nos. q̃ reuera fluit lac te⁹ ⁊ melle. ut ex bis fructib⁹ cognosci pot: ꝺ cultores fortissimos habz. ⁊ vrbes grãdes atq; muratas. Vidimꝰ etiã enach vidim⁹ ibi. Amalech habitat in meridie. et hetheus ⁊ iebuseus ⁊ amorreꝰ in montanis. Chanane⁹ ꝓ mare ⁊ iuxta iordanis. Iniit hecca-leb cõpescens murmur ꝑ ad populũ ait: Ascẽdam⁹ ⁊ possideam⁹ ẽrã: q̃ꝺ potentes sumꝰ obtinẽ eã. Alij ꝓ q̃ fuerãt cũ eo dicebãt: nequaq; ad hunc ꝑm valem⁹ ascendere. ꝗa fortior nob est. Detraxeruntq; ẽre quã inspexerant apud filios isrl dicentes. Terra quam lustrauim⁹ vorat habitatores suos. Populꝰ quẽ aspexim⁹ procere statuere ẽ. Ibi vidim⁹ mõstra quedã filioꝝ enach de gne gigantes. quib⁹ cõparati q̃si locuste videbamur.

Igitur vociferãs ois turba fleuit nocte illa ⁊ murmurauit sũt ꝯra moysen ⁊ aaron cuncti filij isrl dicentes: Utinam mortui essem⁹ i egypto: ⁊ nõ in hac vasta solitudine. Utinã pream⁹. ⁊ non inducat nos dñs in terrã istã ne cadam⁹ gladio. ⁊ vxores ac libri nostri ducant captiui. Nõne melꝰ est reuerti in egyptũ? Dixerũtq; ale ad alterꝝ. Cõstituam⁹ nob ducẽ. ⁊ reuertamur i egyptũ. Quo audito moyses ⁊ aarõ ceciderũt pni in terrã cozã oi multitudine filioꝝ isrl. At ꝓ iosue filꝰ nun ⁊ caleb filius iephone q̃ ⁊ ipsi lustrauerãt terram. sciderũt vestimenta sua. ⁊ ad oẽm multitudinẽ filioꝝ isrl locuti sũt. Terra quam circuiuim⁹ valde bona ẽ. Si. ꝙit⁹ fuerit dñs inducet nos i eã ⁊ tradet hanc nobis terrã lacte ⁊ melle manãtẽ. Nolite rebelles eẽ ꝺ dñm. neq; timeat⁹ ꝑm terre hui⁹: ꝗa sicut panem ita eos possum⁹ devorare. Recessit ab eis oẽ ꝓtectiũ: dñs nobiscũ est: nolite metuẽ. Cũq; clamaret ois multitudo ⁊ lapidib⁹ eos vellet opprimẽ: apparuit gloria dñi sup tectũ federis: cũct⁹ videtib⁹ filijs isrl. Et dixit dñs ad moysen: Usq; q̃ detrahet mihi ꝑs iste: Quousq; nõ credẽt mihi in oibus signis q̃ feci cozã eis: Feriã igit eos pestilentia atq; cõsumã. te autem faciam ꝓncipẽ sup gentẽ magnã ⁊ fortiorẽ q̃ hanc est. Et ait moyses ad dñm: Et audiãt egyptij de q̃rũ medio eduxisti ꝑm istũ. ⁊ habitatores terre huius qui audierunt q̃ tu dñe in ꝑculo isto sis. ⁊ facie videaris ad faciẽ. ⁊ nubes tua ꝓtegat illos. ⁊ i colũna nubis ꝓcedas eos ꝑ diem. ⁊ in colũna ignis ꝑ noctẽ: q̃ occideris tantã multitudinẽ quasi vnũ hoiem. ⁊ dicant: Non poterat introducẽ ꝑm in ẽrã ꝑ q̃ iurauerat: ideirco occidit eos i solitudine. Magnificet̃ ꝙ fortitudo dñi sicut iurasti dicens: Dñs patiẽs ⁊ multe mie. auferens iniq̃tatẽ ⁊ scelera nullũq; inocuũ derelinquẽs. qui visitas pcta patꝝ i filios in tertiã ⁊ quartã gnationẽ. Dimitte obsecro pctũ ꝑpli tui hui⁹ sm magnitudinẽ mie tue: sicut ꝓpiti⁹ fuisti egredientib⁹ de egypto vsq; ad locũ istũ. Dixitq; dñs: Dimisi iuxta ꝓbũ tuũ. Viuo ego ⁊ implebitur gloria dñi vniuersa terra. Attñ oes homines qui viderũt maiestatẽ meã ⁊ signa que feci i egypto ⁊ in solitudine. ⁊ temptauerũt me iã ꝑ decẽ vices. nec obedierunt voci mee: nõ videbũt terrã ꝑ q̃ iurauí ꝓib⁹ eoꝝ: nec q̃q̃ ex illis qui detraxit mihi intuebit eã. Seruum meũ caleb qui plen⁹ alio spũ secut⁹ est me. inducã in terrã hãc quã circuiuit: ⁊ semen eiꝰ possidebit eam. q̃m amalechites ⁊ chananeus habitant in vallib⁹. Cras mouete castra. ⁊ reuertimini in solitudinẽ ꝑ viã maris rubri. Locutusq; est dñs ad moysen ⁊ aaron dicens: Usq; q̃ multitudo hec pessima murmurat ꝺ me Querelas filioꝝ isrl audiui. Dic ḡ eis: Viuo ego ait dñs: sicut locuti estis audiẽte me: sic faciã vob. In solitudine hac iacebũt cadavera vra. Oes q̃ nũerati estis a viginti annis ⁊ sup. ⁊ murmurastis ꝺ me. nõ introibit̃ in terrã sup quam leuaui manũ meã ut habitare vos facerẽ ꝓeter caleb filiũ iephone. ⁊ iosue filiũ nun. Parvulos aũt vros de quibus dixistis ꝙ ꝓde hostib⁹ fozet: introducã ut videãt terrã q̃ vob displicuit. Vra cadavera iacebũt i solitudine. Filij vri erũt vagi i deserto ãnis qua draginta. ⁊ portabũt fornicationẽ vestrã donec ꝯsumant̃ cadavera patrũ i deserto iuxta nũer. q̃draginta diez q̃b⁹ cõsiderastis terrã. Annꝰ ꝑ diem putabit̃. Et q̃draginta ãnis reci pietis iniq̃tates vras. ⁊ scietis vltionẽ meã. Sm̃ sicut locut⁹ sũ. ita faciã oi multitudini huic pessime. q̃ cõsurrexit aduersũ me. In solitudine hac deficiet ⁊ morietur. Igit̃ oes viri q̃s miserat moyses ad ꝓplandã terrã. ⁊ q̃ reuersi murmurare fecerãt ꝺ eũ oẽm multitudinẽ. detrahẽtes terre ꝙ cẽt mala. mortui sunt atq; pcussi i ꝯspectu dñi. Josue aũt filꝰ nun ⁊ caleb filꝰ iephone vixerũt ex oib⁹ qui

ꝓrexerãt ad ꝓsiderandã terrã. Locutusq; est moyses vniuersa ꝟba hec ad oẽs filios isrl: ↄ luxit ꝑplus nimis. Et ecce mane primo surgẽtes ascẽderũt ꝟticẽ mõtẽ atq; dixerũt: Parati sum⁹ ascẽdere ad locũ de q̃ dñs locut⁹ ẽ: quia ꝓccauim⁹. Quib⁹ moyses: Cur inquit trãsgredimini ꝟbũ dñi qđ wb nõ cedet i ꝑspũ? Nolite ascendere: nõ.n.ẽ dñs wbiscum ne corruatis coꝛã inimicis vr̃is. Amalechites ↄ chanane⁹ añ vos sunt q̃ gladio corruetis: eo ꝙ noluerit⁹ acq̃escẽ dño: nec erit dñs wbiscũ. At illi ꝓtenebrati ascenderũt in ꝟticẽ montis. Archa aũt testamenti dñi ↄ moyses nõ recesserũt de castris. Descẽditq; amalechites ↄ chanane⁹ q̃ habitabat i mõte. ↄ pcutiẽs eos atq; ꝓcidens ꝑsecut⁹ est eos vsq; horma.

XV

Locutus ẽ dñs ad moysen dicens: Loq̃re ad filios isrl. ↄ dices ad eos: Cũ ingressi fueritis trã habitationis vr̃e quã ego dabo wb. ↄ feceritis oblationẽ dño in holocaustũ aut victimã pacificã ꝟota soluentes uel sponte offerẽtes munera aut in solẽnitatib⁹ vr̃is adolẽtes odorem suauitatis dño de armẽto uel ouibus offeret q̃cũq; immolauerit victimam: sacrificiũ simile decimã partẽ ephi cõsparsam oleo qđ mensurã habebit q̃rtã partẽ hin. ↄ vinũ ad libã fundẽda eiusdẽ mẽsure dabit i holocaustum siue i victimã. Per agnos singulos ↄ arietes erit sacrificiũ simile duab⁹ decimis q̃ cõsparsa sit oleo tertie ptis hin. ↄ vinũ ad libamẽtũ ẽdie partis eiusdẽ mensure offeret i odorẽ suauitatis dño. Cũ vero de bobus feceris holocaustum aut hostiã ut impleas votũ uel pacificas victimas: dabis ꝑ singulos boues simile tres decimas ꝓsphe oleo: qđ habeat mediũ mensure hin. ↄ vinũ ad libã fundenda eiusdẽ mensure in oblationẽ suauissimi odoꝛ dño. Sic facies ꝑ singulos boues ↄ arietes ↄ agnos ↄ hedos. Tam indigene q̃ pegrini eodẽ ritu offerent sacrificia. Unũ ꝓceptũ erit atq; iudiciũ tã wb q̃ aduenis ẽre. Locut⁹ est dñs ad moysen dicens: Loq̃re filijs isrl. ↄ dices ad eos. Cũ veneritis in terrã quã dabo wb. ↄ comederitis de panib⁹ regiõis illi⁹: separabitis primitias dño de cibis vr̃is. Sicut de areis primitias separabitis: ita ↄ de pulmẽtis dabitis primitiua dño. Si ꝑ ignoranciã ꝑterierit⁹ quicq̃ horũ q̃ locut⁹ est dñs ad moysen. ↄ mandauit ꝑ eũ ad vos a die qua cepit iubere ↄ vltra ob

lit atq; fuerit facere multitudo: offeret vitulũ de armẽto holocaustũ in odorem suauissimũ dño. ↄ sacrificiũ eius ac libã ut cerimonie ꝓstulãt. bircũq; ꝑ pcõ. ↄ rogabit sacerdos ꝑ oĩ multitudine filioꝝ isrl. ↄ dimittet⁹ eis. qm̃ nõ sponte ꝓccauerũt: nihilominus offerẽtes incensum dño. ꝑ se ↄ ꝑ pcõ atq; errore suo ↄ dimittetur vniuerse plebi filioꝝ isrl ↄ aduenis q̃ pegrinant⁹ inᵗ eos. qm̃ culpa est oĩs ꝑpli ꝑ ignoranciã. Si aũt una nesciẽs ꝓccauerit offeret capã ãniculã ꝑ pcõ suo. ↄ hẽpcabit⁹ ꝑ ea sacerdos ꝙ insciã ꝓccauerit coꝛã dño: impetrabitq; ei veniã ↄ dimittet⁹ illi. Cũ idigenis q̃ aduenis una lex erit oĩuz q̃ ꝓccauerint ignorantes. Alia ꝟo q̃ ꝑ superbiã aliq̃d cõmiserit. siue ciuis sit ille siue pegrinus: qui aduersus dñm reliꝯ fuit: peribit de populo suo. Verbũ.n. dñi ꝓtẽpsit. ↄ ꝓceptũ illi⁹ fecit irritũ: idcirco velebit⁹ ↄ portabit iniquitatem suã. Factũ ẽ aũt cũ eẽnt filij isrl i solitudine ↄ inuenissent boiem colligentẽ ligna i die sabbati: obtulerũt eũ moysi ↄ aaron ↄ vniuerse multitudini. Qui reclusерũt eũ in carcerem nesciẽtes quid sup eo facere deberent. Dixitq; dñs ad moysen: Morte moriatur hõ iste: obruat eũ lapidibus oĩs turba extra castra. Cũq; eduxissent eũ foras obruerũt eũ lapidibus. ↄ mortu⁹ est sicut ꝓcepat dñs. Dixit q̃ dñs ad moysen: Loq̃re filijs isrl. ↄ dices ad eos: ut faciãt sibi fimbrias ꝑ angulas q̃tuoꝝ palliorũ ponẽtes i eis vittas hyacinthinas. Quas cũ viderint recordent⁹ oĩum mandatoꝝ dñi. nec sequant⁹ cogitatiões suas. ↄ oculos ꝑ res varias fornicantes: sed magis memores ꝓceptoꝝ dñi faciẽt ea: sintq; sancti deo suo. Ego dñs deus vester. qđ eduxi vos de terra egypti ut essem deus vester.

XVI

Ecce aũt dathe filius isuar filij caath filij leui: ↄ dathan atq; abiron filij eliab. hon q̃ filij phaleth de filijs ruben. surrexerunt contra moysen. aliiq; filiorũ isrl ducẽti q̃nq̃gita viri ꝓceres synagoge. ↄ q̃ tpe ꝓcliꝯ ꝑ nomia vocabant. Cũq; stetissent aduersũ moysen ↄ aaron. dixerũt: Sufficiat vobis: q̃a oĩs multitudo scoꝝ ẽ. ↄ ipsis ẽ dñs Cur eleuamini sup ꝓplm dñi? Qđ cũ audisset moyses: cecidit ꝓn⁹ i faciẽ. locutusq; ad chore ↄ ad oẽm multitudinẽ: mane inquit notũ faciet dñs q̃ ad se pertineãt. ↄ scõs applicabit sibi: ↄ q̃s elegerit approꝑinq̃bit ei. Hoc igit

facite. Tollat vnuſq; ſcp thuribilū ſuum·tu
chore ⁊ oē ꝑſilīū tuū. ⁊ bausto cras igne po-
nite ꝛſup thymiama coram dño. ⁊ quēcūq;
elegerit ipſe erit ſcūs. Multū erigimini filij
leui. Dixitq; rurſū ad chore. Audite filij leui
Nū pauꝛ vob ē q; ſeparauit vos ꝛ de iſrl ab oī
ꝑplo. ⁊ iūxit ſibi ut ſeruiretis ei i cultu taber-
naculi. ⁊ ſtaretis coꝝ frequētia ꝑpli ⁊ mini-
ſtraretis ei? Idcirco ad ſe fecit accedere te ⁊
cōs frēs tuos filios leui·ut vob etiā ſacerdo-
tiū vendicetis. ⁊ oīs globus tuus ſtet contra
dñm? Quid eſt.n. aaron ut murmuretis ꝯ
eū? Miſit ergo moyſes ut vocaret dathan ⁊
abiron filios eliab. Qui rñderūt: Non veni-
mus. Nūq̄d pauꝛ ē tibi q; eduxiſti nos de ēra
que lacte ⁊ melle manabat ut occideres i de-
ſerto·niſi ⁊ dñat⁹ fueris nr̄i? Reuera iudu-
xiſti nos in terrā q̄ fluit riuis lactis ⁊ mellis
⁊ dediſti nob poſſeſſiones agroꝝ ⁊ vineaꝝ?
An ⁊ oculos nr̄os vis eruere? Nō venim⁹.
Iratuſq; moyſes valde·ait ad dñm: Ne re-
ſpicias ſacrificia coꝝ. Tu ſcis q; nec aſellum
q̄dē vn̄q̄ acceꝑerim ab eis nec afflixerī quē-
piā coꝝ. Dixitq; ad chore: Tu ⁊ oīs congre-
gatio tua ſtate coꝝſū coꝝ dño. ⁊ aaron die
craſtino ſeparati. Tollite ſinguli thuribula
vꝛa. ⁊ ponite ſup ea icēſū offerētes dño du-
cētaq̄nq̄gintaq̄nq; thuribula·aaron q; teneat
thuribulū ſuū. Nō cū feciſſent ſtatib⁹ moyſe
⁊ aaron ⁊ coaceruaſſent aduerſum eos oēm
multitudinē ad oſtiū tabernaculi· apparuit
ē cūct̄ glia dñi. Locutuſq; dñs ad moyſen ⁊
aaron·ait: Sepamini ꝛ medio ꝯgregatiōis
b⁹ ut eos repēte diſpdā. Qui ceciderūt ꝓn
in faciē atq; dixerūt. Fortiſſime ꝛ ſpiritū
vniuerſe carnis: nūq̄ vno peccante·cōt cēs ira
tua ꝛſeuiet? Et ait dñs ad moyſen· Preci-
pe vniuerſo ꝑplo ut ſeparet̄ a tabnaculis cho-
re ⁊ dathan ⁊ abiron. Surrexitq; moyſes ⁊
abijt ad dathan: ⁊ abiron. ⁊ ſequētib⁹ eū ſe-
nioꝛib⁹ iſrl dixit ad turbā. Recedite a taber-
naculis impioꝝ. ⁊ nolite tangē q̄ ad eos ꝑti-
nēt·ne inuoluami i ꝑctis coꝝ. Cūq; receſſiſ-
ſent a tētoꝛijs coꝝ ꝑ circuitū: dathan ⁊ abi-
ron egreſſi ſtabāt i introitu papilionū ſuoꝝ
cū vxoꝛib⁹ ⁊ liberis oīq; frequentia. Et ait
moyſes: In b̄ ſcietis q; dñs miſerit me ut fa
cerē vniuerſa q̄ cernit̄. ⁊ nō ex ꝓpꝛio ea coꝛ
de ꝑtuleri. Si ꝑſueta hoīz morte iterierit
⁊ viſitauerit eos plaga q̄ ceti viſitari ſolēt
nō miſit me dñs. Sin aūt nouā rem fecerit
dñs ut apiēs ēra os ſuū ꝛglutiat eos ⁊ oīa
q̄ ad illos ꝑtinēt·ꝛſcēderitq; viuētes i infer
nū·ſcietis q; blaſpheꝛmauerit dñm. Cōfeſti
igit̄ ut ceſſauit loq̄·virupta ē ēra ſub ꝓdib⁹
eoꝝ ⁊ apiens os ſuū ꝛuoꝝauit illos cū ta-
bernaculis ſuis ⁊ vniuerſa ſuba eoꝝ. Deſcē-
derūtq; viui in infernū opti'bumo ⁊ pierūt
ꝛ medio multitudinis. At ꝯo oīs iſrl q̄ ſta-
bat ꝑ gyrū fugit a clamoꝛe ꝑeuntū dicēs:
Ne forte ⁊ nos terra ꝛglutiat. Pꝛ ⁊ ignis
egreſſus a dño inēfecit ducētos q̄nq̄gita vi-
ros q̄ offerebāt incēſū. Locutuſq; ē dñs ad
moyſen dicēs: Precipe eleaçaro filio aaron
ſacerdotis ut tollat thuribula q̄ iacent in in-
cendio. ⁊ ignē huc illuceq; diſpgat: qm̄ ſcifi-
cata ſunt in moꝛtibus pctoꝝ: ꝓducatq; ea
in laminas. ⁊ affigat altari: eo q; oblatū ſit
in eis incenſū dño. ⁊ ſcificata ſint: ut cernāt
ea ꝑ ſigno ⁊ monimēto filij iſrl. Tulit ḡ elea
çar ſacerdos thuribula enea· in q̄bus ob tu-
lerāt bi q̄s incendiū ꝛuoꝝauit. ⁊ ꝓduxit ea i
laminas affigēs altari: ut baꝛrēt poſtea fi-
lij iſrl q̄b⁹ cōmemoꝛarēt·ne q̄s accedat alie-
nigena. ⁊ q̄ nō ē ꝛ ſemie aaron ad offerendū
incenſū dño: ne patiat̄ ſicut paſſus ē chore:
⁊ oīs ꝯgregatio ei⁹ loquēte dño ad moyſen.
Murmurauit aūt oīs multitudo filioꝝ iſrl
ſequēti die ꝯ moyſen ⁊ aaron dicēs. Vos in
terfeciſtis ꝑplm dñi. Cūq; oꝛiret̄ ſeditio ⁊
tumultus increſceret: moyſes ⁊ aaron fuge-
rūt ad tabnaculū federis: Nō poſtq̄ igreſſi
ſūt·oquit nutꝛes. ⁊ apparuit glia dñi. Dixitq;
dñs ad moyſen ⁊ aaron. Recedite ꝛ medio
b⁹ multitudinis: etiā nunc ꝛſeto eos. Cūq;
iacerēt in ēra· dixit moyſes ad aaron: Tolle
thuribulū. ⁊ bausto igne ꝛ altari mitte in-
cenſū ꝛſup· ꝑgens cito ad ꝑplm ut roges ꝓ
eis. Jam.n. egreſſa ē ira a dño. ⁊ plaga ꝛſe-
uit. Nō cū feciſſet aarō ⁊ cucurriſſet ad me-
diā multitudinē quā iā vaſtabat incendiū:
obtulit thymiama. ⁊ ſtās inē moꝛtuos ac vi-
uentes ꝓ ꝑplo ꝛpcatus ē. ⁊ plaga ceſſauit.
Fuerunt aūt q̄ peuſſi ſūt q̄tuoꝛdecim milia
hoīuz ⁊ ſeptingēti abſq; his q̄ pierāt i ſeditio
ne chore. Reuerſuſq; ē aarō ad moyſen ad
oſtiū tabnaculi federis· poſtq̄ ceſſit iterit⁹

Et locut⁹ ē dñs ad moyſen XVII
dicēs: Loq̄re ad filios iſrl. ⁊ accipe
ab eis ſ̄gas ſingulas ꝑ cognatiōes

suas·a cunctis ꝓncipib⁹ tribuū ꝟgas duodecī
⁊ vni⁹cuiuscꝫ nomē supscrites ꝟge suę. Nomen aūt aaron erit in tribu leui. ⁊ vna virga
cunctas eoꝝ familias cōtinebit: ꝓnescꝫ eas ī
tabernaculo federis coꝝ testimonio: vbi loquar ad te. Quem ex bis elegero germinabit
ꝟga ei⁹. ⁊ cohibebo a me querimonias filioꝝ
isrl: qb⁹ ꝓtra vos murmurāt. Locutusꝫ est
moyses ad filios isrl. ⁊ dederūt ei oēs ꝓncipes virgas p singulas trib⁹. Fuerūtꝫ virge
duodecī absꝫ ꝟga aarō. Quas cū posuisset
moyses coꝝ dño ī tabernaculo testimonij: se
quēti die regressus inuenit germinasse ꝟgam
aaron ī domo leui. ⁊ turgētib⁹ gemmis eruperāt flores q̄ folijs dilataꝫ in amigdalas reformati sūt. Protulit q̄ moyses oēs ꝟgas ꝓspectu dñi ad cūctos filios isrl: viderūtꝫ ⁊
receperūt singuli ꝟgas suas. Dixitꝫ dñs ad
moysen. Refer ꝟgā aaron ī tabnaculū testimonij: ut seruet ibi ī signū rebelliū filioꝝ isrl
⁊ quiescāt quercle coꝝ a me ne moriātur. Fecitꝫ moyses sicut ꝑceperat dñs. Dixerūt aūt
filij isrl ad moysen: Ecce ꝓsumpti sumus: cōs
pibim⁹. Quicūꝫ accedit ad tabnaculū dñi.
morit̄ur. Nū ysꝫ ad itemitionē cūcti delēdi
sumus?

XVIII

Dixitꝫ dñs ad aaron: Tu ⁊ filij tui ⁊
dom⁹ patris tui tecū portabit̄ iniq̄tatē
scūarij: ⁊ tu ⁊ filij tui sil sustinebitis
pctā sacerdotij vri: Fz ⁊ frēs tuos de tribu
leui ⁊ sceptro patris tui sume tecū: ꝓtoꝫ sint ⁊
mistrēt tibi. Tu aūt ⁊ filij tui mistrabit̄ ī tabernaculo testimonij. Excubabuntꝫ leuite
ad ꝑcepta tua ⁊ ad cūcta opa tabnaculi: ita
tm̄ taxat ut ad vasa scūarij ⁊ altare nō accedāt ne ⁊ illi moriātur. ⁊ vos peaꝫ sil. Sit aūt
tecū ⁊ excubēt ī custodijs tabnaculi ⁊ ī oib⁹
cerimonijs ei⁹. Alienigena nō miscebit̄ vob. Excubate ī custodia scūarij. ⁊ i misterio altaris: ne oriatur indignatio sup filios isrl. Ego
dedi vobis frēs vros leuitas de medio filioꝝ
isrl: ⁊ tradidi donū dño ut fuiāt ī misterijs
tabnaculi ei⁹. Tu aūt ⁊ filij tui custodite sacerdotiū vrm· ⁊ oīa q̄ ad cultū altar⁹ ptinēt
⁊ itra velū sūt· p sacerdotes āministrabūtur.
Si q̄s extern⁹ accesserit· occidet̄. Locutusꝫ
ē dñs ad aarō: Ecce dedi tibi custodiā ꝓmitiaꝝ meaꝝ. Oia q̄ sctificantur a filijs isrl· tibi
tradidi ⁊ filijs tuis p officio sacerdotali: legitima sempitna. Hec q̄ accipies de bis q̄ sanctificant̄ ⁊ oblata sūt dño. Pis oblatio ⁊ sacrificiū ⁊ q̄cq̄d p pctō atq̄ delicto reddit̄ mihi
⁊ cedet in scā scoꝝ: tuū erit ⁊ filioꝝ tuorum.
In scūario comedes illud. Mares tm̄ edent
ex eo: q̄a ꝓsecratū ē dño. Primitias aut ē q̄s
voverint ⁊ obtulerint filij israel: tibi dedi ⁊ filijs tuis ac filiab⁹ tuis iure ppetuo. Qui mūdus est ī domo tua· vescet̄ eis. Dem medullā
olei ⁊ vini ac frumēti: q̄cq̄d offerūt ꝓmitiaꝝ
dño tibi dedi. Vniuersa frugū initia que gignit bum⁹ ⁊ dño deportantur: cedent ī vsus
tuos. Qui mūdus ē ī domo tua· vescet̄ eis.
Dē qd ex voto reddiderint filij isrl· tuū erit.
Quicquid pmū erūpet e vulua cūcte carnis
quā offerūt dño· sive ex bīb⁹ sive de pecorib⁹
fuerit· tui iuris erit· ita tm̄ taxat ut pro bōis
ꝓmogenito p̄ciū accipias. ⁊ oē animal qd īmundū ē redimi facias· cui⁹ redēptio erit p⁹ vnū
mēsem: siclis argēti q̄nq̄ pondere scūarij. Siclus viginti obolos habet. Primogenita aūt
bouis ⁊ ouis ⁊ capre non facies redimi. quia
sctificata sunt dño. Sāguinē tm̄ eoꝝ fundes
sup altare. ⁊ adipes adolebis in suauissimum
odorē dño. Carnes vo in vsū tuū cedēt: sic
pectusculū ꝓsecratū ⁊ arm⁹ dexter tua erūt.
Dēs ꝓmitias scūarij q̄s offerūt filij isrl· dño
tibi dedi ⁊ filijs ac filiab⁹ tuis iure ppetuo.
Pactū salis ē sempiternū coram dño· tibi ac filijs tuis. Dixitꝫ dñs ad aaron: In terra eoꝝ
nihil possidebis· nec habebis ꝑtem inter eos.
Ego pars ⁊ hereditas tua ī medio filioꝝ isrl.
Filijs aut ē leui dedi oēs decimas israhelis in
possessionē p misterio q̄ seruiunt mihi in tabernaculo federis: ut non accedant vltra filij
isrl ad tabnaculū· nec cōmittāt pctm̄ mortifer: solis filijs leui mihi in tabnaculo seruientibus ⁊ portābit̄ pctā ppli. Legitimū sempiternū erit ī gnationib⁹ vris. Nihil aliud possidebūt· decimaꝝ oblatiōe ꝓtenti: q̄s in vsus
eoꝝ ⁊ necessaria separaui. Locutusꝫ ē dñs
ad moysen dicēs: Precipe leuitis atq̄ denuncia. Cū accepitis a filijs isrl decimas q̄s dedi
vob: ꝓmitias eoꝝ offerte dño. i. decimā ꝑtem
decime: ut reputet vobis in oblationē primitiuoꝝ: tam de areis q̄s de torcularib⁹ ⁊ vniuersis q̄rū accipitis ꝓmitias offerte dño. ⁊ date
ea aarō sacerdoti. Oia q̄ offerēt ex decimis
⁊ ī donaria dñi sepabit̄: optima ⁊ electa erūt
cūcta. Dicesꝫ ad eos: Si preclara ⁊ meliora
q̄ꝫ obtuleritis ex decimis· reputabit̄ vob q̄si

ve area ⁊ torcular i deriꝫ ꝓmittas. ⁊ come
detis eas i oiꝫ locis vris: tam vos qꝫ fami
lie vre: qa ꝓciu ē. ꝓ ministerio q̄ seruitꝫ i taber
naculo testimonij. ⁊ non peccabitis sup hoc:
egregia vō ⁊ pinguia reseruātes. ne pollua
tis oblatiōes filioꝝ isrl' ⁊ morianini. XIX

LOcutusqꝫ ē dns ad moysen ⁊ aaron
dicēs: Ista ē religio victime quā cō
stituit dns. Precipe filijs isrl' ut ad
ducāt ad te vaccā rufā etatꝫ integre i q̄ nul
la sit macula nec portauerit iugum: tradesqꝫ
eā eleazaro sacerdoti. Qui eductā extra ca
stra imolabit in ꝓspectu oiuꝫ. ⁊ tingēs digi
tū in sanguine ei⁹. aspget ꝫ fores tabnaculi
septē vicib⁹: cōburetqꝫ eā cūctis videntib⁹ tā
pelle ⁊ carnib⁹ ei⁹ q̄ sanguine ⁊ fimo flāme
traditis. Lignū qꝫ cedrinum ⁊ hysopū coc
cūqꝫ bis tinctū. sacerdos mittet in flāmā q̄
vaccā vorat. Et tūc vemū lotis vestibus ⁊
corpore suo. ingredietur castra: cōmaculatusqꝫ
erit vsqꝫ ad vesperū. Ex ⁊ ille q̄ ꝓburserit eā
lauabit vestimēta sua ⁊ corp⁹. ⁊ imūd⁹ erit
vsqꝫ ad vesperū. Colliget aūt vir mūd⁹ cine
res vacce. ⁊ effūdet eos extra castra in loco pu
rissimo: ut sint multitudini filioꝝ isrl' in cu
stodiā ⁊ i aqnā aspsiōis. qa ꝓ pctō vacca cō
busta ē. Cūqꝫ lauerit q̄ vacce portauerat ci
neres vestimēta sua: imūdus erit vsqꝫ ad ve
sperū. Habebūt qꝫ h̄ filij isrl' ⁊ aduene q̄ habi
tant inter eos scīm iure ꝑpetuo. Qui tetigerit
cadauer hoīs. ⁊ ꝓpe h̄ septē dieb⁹ fuerit im
mūd⁹: aspget ex hac aq̄ die tertio ⁊ septio. ⁊
sic mūdabit. Si die ē tio aspsus nō fuerit se
ptimo nō poterit emūdari. Hōis q̄ tetigerit bu
mane aie morticinū. ⁊ aspsus hac ꝓmixtiōe
non fuerit. polluet tabernaculū dni: ⁊ pibit
ex isrl'. Quia aq̄ expiatiōis nō ē aspsus: imū
dus erit. ⁊ manebit spurcitia ei⁹ sup eū. Ista
ē lex hoīs q̄ morit i tabernaculo. Oēs q̄ in
grediūt tentoriū illius. ⁊ vniuersa vasa que
ibi sūt. polluta erūt septē dieb⁹. Vas qō non
habuerit operculū nec ligaturā vtup. imūdū
erit. Si qs in agro tetigerit cadauer occisi
hoīs. aut p se mortui. siue os illius uel sepul
chr: imūd⁹ erit septē dieb⁹. Colletqꝫ de cine
rib⁹ cōbustiōis atqꝫ pcti. ⁊ mittēt aquas vi
uas sup eos i vas: in quib⁹ cū hō mūdus tin
gerit hysopū. aspget ex eo et tētoriū. ⁊ cu nc
tam supellectilē. ⁊ hoīes huiuscemodi cō ta
gione pollutos: Atqꝫ h̄ modo mūd⁹ lustra
bit imūdū tertio ⁊ septio die: expiatusqꝫ die
septio. lauabit ⁊ se ⁊ vestimenta sua. ⁊ imun
dus erit vsqꝫ ad vesperū. Hi qs h̄ ritu nō fue
rit expiat⁹: pibit aīa illi⁹ de medio eccl'ie. qa
sanctuariū dni polluit. ⁊ nō ē aq̄ lustratiōis
aspsus. Erit h̄ ꝑceptū legitimū sempiternū.
Ipse qꝫ q̄ aspgit aq̄s. lauabit vestimēta sua.
Qis q̄ tetigerit aq̄s expiatiōis: imūd⁹ erit
vsqꝫ ad vesperū. Quicqd tetigerit imūdus.
imūdū faciet. ⁊ aīa q̄ hoc quippiā tetigerit.
immunda erit vsqꝫ ad vesperum. XX

VEnerunqꝫ filij isrl' ⁊ cōis multitudo
in desertum sin. mense ꝓmo. ⁊ mānsit
ꝑpl's i cades. Mortuaqꝫ ē ibi maria
⁊ sepulta i eodē loco. Cūqꝫ idigeret aq̄ ꝑpl's
cōuenerūt aduersū moysen ⁊ aarō. ⁊ versi in
seditionē dixerūt: Vtinā perissem⁹ inter frēs
nros coram dño. Cur eduxistis ecclesiā dni i
solitudinem: ut ⁊ nos ⁊ nra iumenta mozia
mur? Quare nos fecistis ascēdere de egypto
⁊ adduxistis in locū istū pessimū qui seri nō
potest: qui nec ficum gignit. nec vineas. nec
malogranata: insup ⁊ aquā nō bīt ad bibē
dū? Ingressusqꝫ moyses ⁊ aarō dimissa mul
titudine i tabernaculū federis. corruerūt. pni
in frā: clamauerūtqꝫ ad dnm. atqꝫ dixerūt:
Dne deus audi clamorē ꝑpli tui⁹: ⁊ aperi eis
thesaurū tuū fontem aq̄ viue: ut satiati cesset
murmuratio eor. Et apparuit gl'ia dni sup
eos. Locutusqꝫ ē dns ad moysen dicēs: Ac
le virgā ⁊ congrega ꝑplm tu ⁊ aaron frat⁹ tu⁹.
⁊ loq̄mi ad petrā coram eis: ⁊ illa dabit aquas.
Cūqꝫ eduxeris aquā de petra: bibet oīs mul
titudo ⁊ iumēta ei⁹. Fecit igit moyses virgā
q̄ erat in ꝓspectu dni sicut ꝑceperat ei: cōgre
gata multitudine añ petrā. dixitqꝫ eis: Au
dite rebelles ⁊ incredeli. Hū de petra hac vo
bis aquā poterim⁹ educē? Cūqꝫ eleuasset moy
ses manū ꝑcutiēs virga bis silicē. egresse sūt
aque largissime: ita ut ꝑpl's bibēt ⁊ iumēta.
Dixitqꝫ dns ad moysen ⁊ aaron: Quia non
credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filijs
isrl' nō introducetis vos ꝑplm in terrā quā
dabo eis. Hec ē aq̄ contradictiōis vbi iurgati
sūt filij isrl' dnō ⁊ sanctificat⁹ ē in eis. Misit
aūt de cadesbarne moyses ad regē edom
q̄ dicerēt: Hec mādat frater tu⁹ isrl'. Nosti
ē laborē q̄ apprehēdit nos: quō descende
rint patres nri in egyptū. ⁊ habitauerimus ibi
multo tpe: afflixerūtqꝫ nos egyptij ⁊ patres

nros. ⁊ quō clamauerūᵐ ad dñm ⁊ exaudierit nos: miseritq; angelum q̄ eduxerit nos ⁊ egypto. Ecce in vrbe cades q̄ ē i extremis finib⁹ tuis positi: obsecramᵘˢ ut nob⁹ trāsire liceat p ērā tuā. Nō ibimᵘˢ p agros nec p vineas nō bibēmᵘˢ aq̄s ⁊ puteis tuis. sed gradiemur via publica nec ad dexterā nec ad sinistram declinātes donec trāseamᵘˢ ēmios tuos. Cui rndit edom: Non transibis p me. Alioq̄n armatus occurrā tibi. Dixerūtq; filij isrl: Per tritā gdiemur viā. ⁊ si bibēritᵐ aquas tuas nos ⁊ pecora nra: dabimᵘˢ qō iustū ē. Nulla erit i pcio difficultas: tm̄ velociter transeamᵘˢ. At ille rndit: Nō trāsibis. Statimq; egressus est obuiᵘˢ cū infinita multitudine ⁊ manu forti: nec voluit acq̄escē depcanti ut concederet transitū p fines suos. Quāobrē diuertit ab eo isrl. Cūq; castra mouissent de cades. venerūt i montē hor. q̄ ē in finib⁹ terre edom: vbi locutᵘˢ ē dñs ad moysen dicēs: Pergat inq̄t aaron ad pplos suos. Nō. n. introibit ērā quā dedi filijs isrl: eo q̄ incredulᵘˢ fuerit ori meo: ad aq̄s ꝯdictiōis. Tolle aaron ⁊ filiū eiᵘˢ cū eo. ⁊ duces eos in montē hor. Cūq; nudauerit pfem veste sua: induesq; eleazarū filiū eius. ⁊ aaron colligef ⁊ morief ibi. Fecit moyses ut pcepat dñs. ⁊ ascenderūt in montē hor coram omi multitudine. Cūq; aaron spoliasset vestibus suis: induit eis eleazar filium eius. Illo mortuo i monte, supcilio descendit cū eleazaro. Vis autem multitudo videns occubuisse aaron. fleuit super eo triginta diebus p cunctas familias suas.

XXI

vadis. Qui respondit ei: Profecti sumus de bethleē iuda. ⁊ pergim⁹ ad locū nr̄m q̄ ē in latere montis effraim vnde ieram⁹ ⁊ bethleē. Et nūc vadim⁹ ad domū dei. nulliq; sub tectū suū nos vult recipere. habētes paleas ⁊ fenū in asinoꝝ pabulū. ⁊ panē ac vinū in meos ⁊ ancille tue vsus ⁊ pueri q̄ mecū ē. Nulla re indigem⁹ nisi hospitio. Cui rndit senex. Pax tecū sit. Ego p̄beo oīa q̄ necessaria sūt. tm̄ q̄sone ī platea maneas. Introduxitq; eū ī domū suā. ⁊ pabulū asinis p̄buit: ac postq̄ lauerūt pedes suos recepit eos in cōuiuiū. Illis epulantibus: ⁊ post lat̄oꝝ itineris cibo ⁊ potu reficientib⁹ corpora. venerunt viri ciuitatis illi⁹ filij belial. ⁊ absq; iugo. ⁊ circundantes domū senis. fores pulsare cepūt clamātes ad dom̄m domus atq; dicētes. Educ virū q̄ ingressus ē domum tuā ut abutamur eo. Egressusq; ē ad eos senex. ⁊ ait: Nolite fratres. nolite facere malū h̄: q̄a ingressus ē hō hospitiū meū. ⁊ cessate ab hac stultitia. Habeo filiā virginē. ⁊ h̄ hōis cōcubinā. educā eas ad vos ut humilietis eas. ⁊ vtam libidinē compleatis: tm̄ obsecro ne scelꝰ h̄ ꝫ nām operemini in virū. Nolebant acq̄escē sermonib⁹ illi⁹. Hō cernens hō. eduxit ad eos cōcubinā suā. ⁊ eis tradidit illudē dam. Qua cū tota nocte abusi eēnt: dimiserunt eam mane. At mulier recedentib⁹ tenebris venit ad ostiū domus vbi manebat dñs suus. ⁊ ibi corruit. Mane facto surrexit hō ⁊ aperuit ostiū ut ceptā expleret viā. ⁊ ecce ꝓcubina ei⁹ iacebat añ ostiū sparsis ī limie manibus. Cui ille putās eā q̄escē loq̄bat: Surge ut ambulem⁹. Qua nihil rndēte intelligēs q̄ erat mortua. tulit eā ⁊ ip̄posuit asino. reūsusq; est ī domū suā. Quā cū eēt ingressus arripuit gladiū. ⁊ cadauer vxoris cū ossib⁹ suis ī duodecī ptes ac frusta cōcidens misit ī cūctos ēminos isrl. Hō cū vidissent singuli cōclamabāt Nūq̄ res talis facta ē ī isrl ex eo die q̄ ascēderūt p̄res nr̄i de egypto vsq; in p̄sens temp⁹. Ferte sniam. ⁊ in cor̄ vestre cernite q̄d fcō op⁹ sit.

Egressi it aq; sūt cūctus filij isrl ⁊ pariē congregati q̄si vir vnus de dan vsq; bersabee ⁊ tra galaad. ad dñm ī maspha. cūctq; anguli ꝓcerū ⁊ cuncte tribus isrl in ecclīa pli dei steterūt q̄dringinta milia peditū pugnatoꝝ. Nec latuit filios beniamin q̄ ascēdissent filij isrl ī maspha. Interrogatusq; leuita marit⁹ mulieris interfecte quō tantū scelꝰ p̄tratū eēt. rndit. Veni ī gabaa beniamin cum vxore mea: illucq; diverti. Et ecce hoies ciuitatis illi⁹ circūdederūt nocte domū in qua manebā volētes me occidere. ⁊ vxorē meā increbili furore libidinis vexantes. deniq; mortua est. Quā arreptā ī frusta concidi: misiq; ptes ī cūctos terminos possessiōis vre: q̄a nunq̄ tantū nephas ⁊ tā grande piaculū factū ē in isrl. Videtis cūctus filij isrl. decernite q̄d facere debeat. Stās q; cūctus ppl⁹ ⁊ q̄si vn⁹ hois sermone rndit: Nō recedem⁹ in tabernacula nr̄a: nec suā q̄squā intrabit domū. sed hoc ꝓtra gabaa in cor̄ faciem⁹. Decē viri eligāt de centū ex oibus tribub⁹ isrl. ⁊ centū de mille ⁊ mille de decē milib⁹ ut cōportet exercitui cibaria. ⁊ possim⁹ pugnare cōtra gabaa beniamin. ⁊ reddere ei ꝓ scelē q̄ meruit. Cōuenitq; vniuersus isrl ad ciuitatē q̄si hō vnus eadē mente vnoq; cōsilio. ⁊ miserūt nūcios ad cūctas tribus beniamin q̄ dicerēt: Cur tantū nephas ī vob reptū ē? Tradite hoies de gabaa q̄ h flagitiū p̄trarūt ut moriant. ⁊ auferat malū de isrl. Qui noluerūt fratrū suoꝝ filioꝝ israhel audire mandatū: h ex cunctis vrbib⁹ q̄ sortis sue erāt. venerūt ī gabaa ut illis ferrēt auxiliū ⁊ cōtra vniuersū ppl̄m isrl dimicarēt. Inuēti q; sunt viginti q̄q; milia de beniamin educētiū gladiū ꝓter habitatores gabaa: q̄ septingenti erāt viri fortissimi ita sinistra ut dextra pugnantes. ⁊ sic fundis lapides ad certū iacientes ut capillū cōtingere posset p̄cutere. ⁊ neq̄q̄ ī altera parte ictus lapidis deferret. Viroꝝ q̄ israhel absq; filijs beniamin iuēta sūt q̄dringinta milia educētium gladios ⁊ paratoꝝ ad pugnā. q̄ surgētes venerūt ī domū dei: h ē ī silo. ꝑsuluerūtq; dñm atq; dixerūt. Quis erit ī exercitu nr̄o ꝓnceps certamis cōtra filios beniamin? Quib⁹ rndit dñs. Judas sit dux vester. Primaq; filij isrl surgentes mane castrametati sūt iuxta gabaa. ⁊ inde ꝓcedētes ad pugnā cōtra beniamin. vrbē oppugnare ceperūt. Egressiq; filij beniamin de gabaa. occiderūt de filijs isrl die illo viginti duo milia virorū. Rursū filij isrl. ⁊ fortitudine ⁊ numero cōfidētes ī eodē loco ī q̄ pri⁹ certauerūt. aciē direxerūt: ita tm̄ ut prius ascenderet ⁊ fleret coram dño vsq; ad noctē. cōsulerētq; eū ⁊ dicerēt: Debemus vltra ꝓcedē ad dimicandū cōtra filios beniamin frēs nr̄os. an nō? Quib⁹ ille rndit: Ascēdite ad eos ⁊ inite certamen. Cūq; filij isrl altera

die ꝫ filios beniamin ad p̄elium .pcessissent: eruperūt filij beniamin de portis gabaa .⁊ occurrentes eis tanta ī illos cede bacchati sunt. ut cecē ⁊ octo milia virorꝫ educentiū gladiū .psternerēt. Quāobrē cēs filij isrl̄ venerūt in domū dei.⁊ sedentes flebant coꝝ dño. Jeiunauerūtqꝫ die illo vsqꝫ ad vesp̄ram.⁊ obtulerūt ei holocausta atqꝫ pacifica victimas: ⁊ sup statu suo interrogauerūt. Eo tpe ibi erat archa federis dñi. ⁊ phinees filius eleaçari filij aaron p̄posit⁹ eius. Cōsuluerūt igit dñm atqꝫ dixerūt: Exire vltra debemus ad pugnā ꝫ filios beniamin frēs nros⁹ an qescē? Quibus ait dñs: Ascēdite. Cras.n.tradā eos in manꝰ vras. Posuerūtqꝫ filij isrl̄ insidias p̄r circuitū urbis gabaa. ⁊ ētia vice sic semel ⁊ bis ꝫ beniamin exercitū .pduxerūt. Qꝫ ⁊ filij beniamin audacē erupūt de ciuitate ⁊ fugientes aduersarios longꝰ psecuti sunt.ita ut vulnerarēt ex eis sicut p̄mo die ⁊ secundo.⁊ cederēt p̄ duas semitas vertētes terga:quarū vna ferebat ī bethel:⁊ altera ī gabaa:atqꝫ .psterneret triginta circiē viros. Putauerūt eni solito eos more cedē. Qui fugam arte simulātes inierūt ꝓfiliū ut abstraherēt eos de ciuitate ⁊ ꝙsi fugientes ad supdictas semitas pducerēt. Qēs itaqꝫ filij isrl̄ surgētes de sedibus suis.tetēderūt aciē in loco q̄ vocat baalthamar.insidie qꝫ q̄ circa urbē erāt.paulatī se aperire cepūt.⁊ abocciderūtgli urbē pte.pcedē Qꝫ ⁊ alia decē milia virorū de vniuerso isrl̄ habitatores urbis ad certamīa .puocabāt: ingrauatūqꝫ est bellū ꝫ filios bēiamin.⁊ nō intellexerūt se ex oi pte illis instaret inclit⁹. Pcussitqꝫ eos dñs ī ꝓspectu filiorꝫ isrl̄.⁊ interfecerunt ex eis ī illo die vigintiquinqꝫ milia ⁊ centū viros.cēs bellatores ⁊ educentes gladiū. Filij aūt beniamin cū se inferiores esse vidissent.cepерūt fugere. Qō cernētes filij isrl̄ dederūt eis ad fugiendū locū ut ad p̄paratas insidias deuenirēt qs iuxt urbē posuerāt. Qui cum repente de latibulis surrexissent.⁊ beniamini terga cedentib⁹ daret:ingressi sūt ciuitatem ⁊ p̄cusserūt eā in ore gladij. Signū aute dederāt filij isrl̄ bis qs ī insidijs collocauerāt ut postqꝫ urbē cepissent.ignem accenderent.ut ascendēte ī altū fumo captā urbē demōstrarent. Qō cū cernerēt filij isrl̄ i ipso certamine positi.putauerūt.n.filij beniamin eos fugere ⁊ instanter plequebant: cesis de exercitu eorꝫ triginta viris:ut viderūt q̄si colūnā fumi de ciuitate ꝓscendere:beniamin qꝫ respiciēs retrocū captā cerneret ciuitatē ⁊ flāmas in sublime ferri.q̄ p̄simulauerant fugā. ꝓsa facie fortiꝰ resistebāt. Qō cū vidissent filij beniamin.in fugā ꝓsi sūt.⁊ ad via deserti ire ceperūt:illuc qꝫ eos aduersarijs plequentib⁹. Qꝫ ⁊ bi q̄ urbē succenderāt occurrerūt eis. atqꝫ ita factū ē ut ex vtraqꝫ pte ab hostibus cederent:nec erat vlla reqes morientiū. Ceciderūt atqꝫ pstrati sūt ad orientalē plagā urbis gabaa. Fuerūt aūt q̄ ī codē loco interfecti sūt decem⁊ octo milia virorum:cēs robustissimi pugnatores. Qō cū vidissent q̄ remanserāt de beniamin fugerūt in solitudinē: ⁊ pgebāt ad petram cui⁹ vocabulū est remmon. In illa qꝫ fuga palātes ⁊ ī diuersa tendētes occiderūt quinq; milia viros. Et cū vltra tenderent psecuti sūt eos.⁊ interfecerūt etiā alia duo milia. Et sic factū ē ut cēs q̄ ceciderāt de beniamin in diuersis locis eēnt viginti quinq; milia pugnatores ad bella .pmptissimi. Remanserūt itaqꝫ de oi numero beniamin q̄ euadē potuerāt ⁊ fugē in solitudinē sexcēti viri: sedentesqꝫ ī petra remmon mēsib⁹ qtuor. Regressi aūt filij isrl̄ cēs reliquas ciuitat; a vir⁹ vsqꝫ ad iumēta gladio percusserūt.cūctasqꝫ urbes⁊ viculos beniamin vorax flāma ꝓsūpsit. ℣ XXI

Jurauerāt qꝫ filij isrl̄ ī maspha.⁊ dixerunt: Null⁹ nr̄m dabit filijs beniamin de filiab⁹ suis vxor. Veneruntqꝫ cēs ad domū dei ī silo.⁊ ī ꝓspectu ei⁹ sedētes vsqꝫ ad vesp̄ā leuauerūt vocem, ⁊ magno vlulatu ceperunt flere dicētes: Quare dñe de⁹ israel factū est hoc malū in pplo tuo: ut hodie vna trib⁹ auferret de nob⁹? Alia āt die diluculo ꝓsurgentes extruxerūt altare: obtuleruntqꝫ ibi holocausta⁊ pacifica victimas. ⁊ dixerunt: Quis nō ascendit in exercitu dominī de vniuersis tribubus isrl̄? Grandi eni iuramēto se ꝓstrinxerāt cū cēnt ī maspha.ut interfici eos q̄ nō fuissent: ductiqꝫ pnia filij isrl̄ super fratre suo beniamin.cepūt dicē. Ablata ē trib⁹ vna de isrl̄. Unde vxores accipiēt. Qēs.n.ī cōe iurauim⁹ nō daturos nos bis filias nostras. Idcirco dixerūt: Quis ē de vniuersis tribub⁹ isrl̄ q̄ nō ascēdit ad dñm in maspha? Et ecce inuēti sūt habitatores iabis galaad in illo exercitu nō fuisse. Eo qꝫ tpe cū cēnt ī sylo nulli⁹ ex eis ibi reptus est. Miserūt itaqꝫ

xcem milia viros robustissimos. ⁊ ꝓcepit eis. Ite ⁊ peutite habitatores iabis galaad i ore gladij: ⁊ am vxores ꝯ paulos eorum. ⁊ ꝺ erit qꝺ obseruare vtebiꝫ. Oē genꝰ masculini ⁊ mulieres q̄ cognouerūt viros interficite: ꝟgines ātreseruate. Inuenerūtq; sūt de iabis galaad q̄dringente ꝟgines q̄ nescierunt viri thor: ⁊ adduxerūt eas ad castra in silo i terrā chanaā. Miserūtq; nūcios ad filios beniamin q̄ erāt in petra remmon. ⁊ ꝓcepunt eis ut eas suscipent i pace. Venerūtq; filij beniamin i illo tpe. ⁊ date sūt eis vxores de filiabꝰ iabis galaad: alias aūt nō repperūt q̄s sibi modo traderēt. Vniuersusq; isrl valde doluit ⁊ egit pniam sup inēfectiē vniꝰ tribꝰ ex isrl: dixerūtq; maiores natu: Quid faciemꝰ reliq̄s q̄ nō acceperūt vxores? Oēs in beniamī femine cōciderūt. ⁊ magna nobis cura ingētiq; studio ꝓuidendū ēne vna tribꝰ deleatur ex filijs israel. Filias.n. nr̄as eis dare nō possumꝰ cōstricti iuramento ⁊ maledictiē q̄ dixim⁹. maledictꝰ q̄ dederit de filiabꝰ suis vxorē beniamin. Cepūtq; cōsiliū atq; dixerūt: Ecce solēnitas dñi ē in silo ānuālis ria q̄ sita ē ad septētrionē vbis betsel: ad orientalē plagā vie q̄ de betsel dēdit ad sichimā. ⁊ ad meridiē oppidi lebona. Pcepūtq; filijs beniamī atq; dixerūt: Ite ⁊ latitate in vineis. Cūq; videritis filias silo adducendos choros ex more procedere: exite repente de vineis. ⁊ rapite ex eis singuli vxores singulas. ⁊ pergite in terrā beniamin. Cūq; venerint patres eaꝝ ac frēs ⁊ aduersū vos q̄rī ceperint atq; iurgarī: dicemus eis: Miseremini eoꝝ. Nō.n. rapuerunt eas iure bellantiū atq; victoꝝ. ꝟ rogantibꝰ ut acciperent nō dedistis. ⁊ a vob pte petiū est. Fecerūtq; filij beniamin ut sibi fuerat imperatū. ⁊ iuxta numeꝝ suū rapuerūt sibi de bis que ducebant choros vxores singulas: abierūtq; i possessionē suā edificātes vrbes. ⁊ habitantes in eis. Filij q̄ isrl reuersi sūt p tribꝰ ⁊ familias in tabernacula sua. In dieb illis nō erat rex in israel: sed vnusquisq; quod sibi rectum videbatur hoc faciebat.

Explicit liber Judicum. Incipit liber Ruth. Caplm I

IN diebus vniꝰ iudicis q̄n iudices ꝑabāt facta est fames in tra. Abijtq; hō de bethleem iuda: ut peregrinaret in regione moabitide cū vxore sua ac duobꝰ liberis. Ipse vocabatur elimelech. ⁊ vxor eius noemi. ⁊ duo filij alē maalon ⁊ alē chelion effratei de bethleem iuda. Ingressiq; regionē moabitidē morabātur ibi. Et mortuꝰ est elimelech marit noemi: remānsitq; ipsa cū filijs. Qui acceperunt vxores moabitidas: q̄ꝝ vna vocabat orpha: alē aūt ruth. Mānserūtq; ibi dē annis. ⁊ ambo mortui sunt. maalon videlicet ⁊ chelion: remānsitq; mulier orbata duobꝰ liberis ac marito. Et surrexit ut ī patriā pgeret cū vtraq; nuru sua de regione moabitide. Audierat enī q̄ respexisset dñs populum suū ⁊ dedisset eis escas. Egressa ē itaq; de loco pegrinatiōis sue cū vtraq; nuru. ⁊ iam i via reuertēdi posita i tra iuda. dixit ad eas. Ite in domū matris vre. Faciat vobiscū dñs miam sicut fecistis cum mortuis ⁊ mecū. Det vobis inuenire requiē i domib virorꝝ q̄s sortiture estis. Et osculata ē eas. Que eleuata voce flere ceperūt. ⁊ dixē Tecū pgem⁹ ad pplm tuū. Quibꝰ illa rndit. Reuertimini filie mi. Cur venitis mecum? Nū vltra habeto filios in vtero meo: ut viros ex me sperare possitis. Reuertimini filie mi ⁊ abite. Ja.n. senectute cōfecta sū: nec apta vinculo ꝓiungali. Etiā si possem hac nocte cōcipere ⁊ parere filios: si eos expectare velitis donec crescāt ⁊ ānos pubertatis ipleant: anē eritis de vtule q̄ nubatis. Nolite q̄so filie mi facē bꝫ q̄a vra angustia magis me premit. ⁊ egressa ē manꝰ dñi ꝫ me. Eleuata igitur voce rursū flere ceperūt. Orpha osculata ē socrū ac reuersa ē: ruth adhesit socrui sue. Cui dixit noemi. Ēn reuersa ē cognata tua ad pplm suū ⁊ ad deos suos. vade cū ea. Que rndit: Ne aduerseris mihi. ut relinquā te ⁊ abeam. Quocūq; n. profecta fuerī ⁊ ego paritē morabor. Populꝰ tuꝰ pplꝰ meus ⁊ deꝰ tuꝰ deus meꝰ. Que te era suscepit morientē. in ea moriar ibiq; locū accipiam sepulture. Hec mihi faciat deꝰ. Et hec addat si nō sola mors me ⁊ te separauerit. Videns ergo noemi q̄ obstinato ruth aīo de reuisset secū pgere aduersari noluit. nec ad suos vltra reditū persuadere. Profectiq; sunt simul. ⁊ venerūt in bethleem. Quibꝰ vbrem ingressis. de tot apud cūctos fama perebruit. dicebātq; mulieres. Hec ē illa noemi. Quibus ait ne vocetis me noemi. i. pulchrā: ꝫ vocate me mara. i. amarā

quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Egressa sū plena. ⁊ vacuā reduxit me dñs. Cur ergo vocatis me noemi quam dñs humiliauit ⁊ afflixit omipotens? Venit ergo noemi cum ruth moabitide nuru sua de terra peregrinationis sue. ac reuersa est in bethleē: quādo primū ordea metebantur.

CAP. II

ERat aūt viro elimelech ꝑsanguine⁹ bō potēs ⁊ magnarū opū nōie booz. Dixitq; ruth moabitis ad socrū suā. Si iubes vadā in agrū. ⁊ colligā spicas q̄ fugerint man⁹ metentiū: ybicūq; clementē ī me patrisfamilias reperero gratiā. Cui illa respondit: Vade filia mi. Abijt itaq; ⁊ collegebat spicas p⁹ terga metentiū. Accidit autē ut ager ille haberet dñm nōie booz: q̄ erat de cognatione elimelech. Et ecce ipse veniebat de bethleem. dixitq; messorib⁹: Dñs vobiscum. Qui respōderūt: Benedicat tibi dñs. Dixitq; booz ad puerū q̄ messorib⁹ p̄erat. Cui⁹ ē ista puella? Cui rndit: Dec ē moabitis que venit cū noemi de regiōe moabitide. ⁊ rogauit ut spicas colligeret remanētes: sequēs messores vestigia. Et de mane vsq; nūc stat ī agro. ⁊ nec ad momentū quidē domū reuersa est. Et ait booz ad ruth: Audi filia: Ne vadas ī alterū agrū ad colligendū. nec recedas ab hoc loco. ⁊ iungere puellis meis. ⁊ vbi messuerint sequere. Mandaui enī pueris meis ut nemo molest⁹ sit tibi: ⁊ etiā si sitieris vade ad sarcinulas ⁊ bibe aq̄s de q̄b⁹ ⁊ pueri mei bibūt. Que cadēs in faciem suā ⁊ adorans sup terram. dixit ad eū: Unde mihi hoc ut inuenirē gratiā ante oculos tuos. ⁊ nosse me dignaris peregrinā mulierē? Cui ille rndit: Nūciata sūt mihi oia q̄ feceris socrui tue p⁹ mortē viri tui. ⁊ q̄ reliqueris parentes tuos. ⁊ terā in q̄ nata es. ⁊ venieris ad ꝑplm quē antea nescibas. Reddat tibi dñs opus tuū. ⁊ plenā mercedē recipias a dño deo israhel ad quē venisti. ⁊ sub cuius cōfugisti alas. Que ait: Inueni grām apud oculos tuos dne mi. q̄ ꝓsolat⁹ es me. ⁊ locutus es ad cor ancille tue: q̄ nō sū de filiis vni⁹ puellarū tuarū. Dixitq; ad eam booz. Cū hora vescendi fuerit veni huc ⁊ comede panē. ⁊ intinge buccellam tuā in aceto. Sedit itaq; ad messo⁹ latus ⁊ ꝓtulit polētā sibi: comeditq; ⁊ saturata ē. ⁊ tulit reliq̄as. Surrexitq; inde ut spicas ex more colligēt. Precepit aūt booz pueris suis dicēs: Etiā si vobiscū metere voluerit ne ꝓhibeatis eā. ⁊ de vris q̄q; manipulis proijcite de industria. ⁊ remanere permittite ut absq; rubore colligat. ⁊ colligentē nemo corripiat. Collegit ergo ī agro vsq; ad vesperā. ⁊ que collegerat virga cedēs ⁊ excutiens inuenit ordei q̄si ephi mēsurā. i. tres modios q̄s portās reuersa ē in ciuitatē. ⁊ ostendit socrui sue. Insuper protulit ⁊ dedit ei de reliquijs cibi sui q̄ saturata fuerat. Dixitq; ei socrus sua: Ubi hodie collegisti? Et vbi fecisti opus? Sit bñdictus q̄ inuerit⁹ es tui. Indicauitq; ei apud quē esset opata. ⁊ nomen dixit viri q̄q; booz vocaret. Cui rndit noemi: Bñdictus sit a dño qm̄ eādē grām quā ꝓbuerat viuis. seruauit ⁊ mortuis. Rursūq; ait: Propinqu⁹ nr̄ ē hō. Et ruth B̄ q̄q; ingt ꝓcepit m̄ ut tādiu messorib⁹ ei⁹ iūgerer donec cōs segetes meterent. Cui dixit socrus. Meli⁹ ē filia mi ut cū puellis eius exeas ad metendū. neq; alieno agro quispiā resistat tibi. Juncta est itaq; puellis booz ⁊ tamdiu cum eis messuit donec ordea ⁊ triticū in horreis cōderent.

CAP. III

POstq; aūt reuersa ē ad socrū suam: audiuit ab ea. Filia mi queram tibi requiem. ⁊ prouidebo ut bene sit tibi. Booz iste cui⁹ puellis in agro iūcta es ꝓpinquus nr̄ est. ⁊ hac nocte aream ordei ventilat. Lauare igit̄ ⁊ ungere. ⁊ induē cultioribꝰ vestimentis. ⁊ descēde in aream. Nō te videat hō donec esum potūq; finierit. Cū aūt ierit ad dormiendum: nota locū in q̄ dormiat. Ingressa ⁊ discooperies pallū q̄ operit a pte pedū. ⁊ ꝓjcies te ⁊ ibi iacebis. Ipse aūt dicet tibi q̄d agere debeas. Que rndit. Quicquid ꝓceperis faciā. Descenditq; in aream. ⁊ fecit oia q̄ sibi imperauerat socrus. Cūq; comedisset booz ⁊ bibisset. ⁊ factꝰ eēt hilarior. ingressaq; ad dormiendū iuxta acerū manipulorū venit abscondite. ⁊ discooperto a pedibus eius pallio se proiecit. Et ecce nocte iam media expauit hō. ⁊ cōturbatus est: vidit⁹q; mulierem iacentem ad pedes suos. ⁊ ait illi: Que es? Illaq; rndit. Ego sū ruth ancilla tua. Expā de pallū tuū sup famulā tuā: q̄a ꝓpinquꝰ es. Et ille. bñdicta inquit es a dño filia. ⁊ priorē miam posterioze supasti. q̄a non es secuta iuuenes pauperes siue diuites. Noli g̃ metuē. q̄cq̄d dixeris mihi faciā tibi. Scit. n. omis populus q̄ habitat intra portas vrb⁹ mee mulierē te eē virtutis. Nec abnuo me ꝓpinquū: ⁊ est

alius me ꝓpinquior. Quiesce hac nocte ⁊ facto mane si te voluerit ꝓpinquitatis iure retinere: bñ res acta est: sin aũt ille noluerit ego te absq; vlla dubitatiõe suscipiã: viuit dñs. Dormi vsq; mane. Dormiuit itaq; ad pedes ei⁹ vsq; ad noctis abscessũ. Surrexit itaq; antequã boies se cõgnoscerẽt mutuo. ⁊ dixit booz. Caue ne q̃s nouerit q̃ huc veneris. Et rursum: expãde ínq̃t palliũ tuũ q̃ opiris. ⁊ tene vtraq; manu. Qua extendente ⁊ tenẽte mẽsus est sex modios ordei ⁊ posuit sup eã. Que portans ingressa ẽ ciuitatẽ. ⁊ venit ad socrum suã. Que dixit ei: Quid egisti filia? Narrauitq; ei oĩa q̃ sibi fecisset hõ. Et ait: Ecce sex modios ordei dedit mihi. ⁊ ait: nolo vacuã te reuerti ad socrũ tuã. Dixitq; noemi Expecta filia donec videamus quem res exitũ habeat. Neq; enim cessabit homo nisi compleuerit quod locutus est.

IIII

Ascendit g̃ booz ad portã. ⁊ sedit ibi. Cũq; vidisset ꝓpinquũ ptерire de q̃ pri⁹ sermo habitus est dixit ad eum. Declina paulisp ⁊ sede hic: vocans eũ nomine suo. Qui diuertit ⁊ sedit. Tollẽs autẽ booz decẽ viros de seniorib⁹ ciuitat⁹ dixit ad eos. Sedete hic. Quib⁹ residentib⁹ locutus est ad ꝓpinquũ. Partẽ agri fris nr̃i elimelech vẽdet noemi que reuersa est de regione moabitide: q̃ audire te volui ⁊ tibi dicere coram cunctis sedẽtib⁹ ⁊ maiorib⁹ natu de pl̃o meo. Si vis possidẽ iure ꝓpinquitatis eme ⁊ posside. si aũt displicet tibi. ꝛ ipsũ indica mihi ut sciã quid facẽ debeã. Nullus.n.ẽ ꝓpinq⁹ excepto te q̃ prior es. ⁊ me q̃ secũd⁹ sũ. At ille rñdit: Ego agrũ emã. Cui dixit booz: Cũ emeris agrũ de manu mulieris ruth q̃ moabitidẽ q̃ vxor defuncti fuit debes accipe: ut suscites nomen ꝓpinqui tui i hereditate sua. Qui rñdit cedo iuri ꝓpinq̃tat⁹. Neq; enĩ posteritatẽ familie mee delere debeo. Tu meo vtere priuilegio q̃ me libẽ carere ꝓfiteor. Hic aũt erat mos antiq̃t⁹ in isrl̃ int ꝓpinq̃s: ut si qũ alẽ alteri suo iuri cedebat: ut esset firma cõcessio: soluebat hõ calciamentũ suũ. ⁊ dabat ꝓximo suo. Hoc erat testimoniũ cessiõis in isrl̃. Dixit g̃ ꝓpinquo suo booz. Tolle calciamentũ. Cõ stati soluit de pede suo. At ille maioribus natu ⁊ vniuerso pl̃o. testes vos inquit estis hodie q̃ possederim oĩa q̃ fuerũt elimelech ⁊ chelion ⁊ maalon tradente noemi. ⁊ ruth moabitidem vxorẽ maalon in cõiugiũ sũpserim ut suscitẽ nomẽ defuncti in hereditate sua. ne vocabulũ ei⁹ de familia sua ac frib⁹ ⁊ pl̃o deleat. Vos inquã hui⁹ rei testes estis. Rñdit omis pl̃us q̃ erat in porta ⁊ maiores natu. Nos testes sumus. Faciat dñs hanc mulierẽ que ingredit domũ tuã sicut rachel ⁊ lyam q̃ edificauerũt domũ israhel. ut sit exẽplũ virtutis i effrata: ⁊ habeat celebre nomẽ i bethleẽ. Fiatq; domus tua sicut dom⁹ phares quẽ thamar peperit iudee. de semie q̃ tibi dederit dñs ex hac puella. Tulit itaq; booz ruth ⁊ accepit vxorẽ: ingressusq; est ad eã. ⁊ dedit illi dñs ut cõciperet ⁊ pareret filiũ. Dixerũtq; mulieres ad noemi. Benedictus dñs q̃ nõ est passus ut deficeret successor familie tue. ⁊ vocaret nomẽ eius in isrl̃. ⁊ habeas q̃ consoles aĩam tuã ⁊ enutriet senectutẽ. De nuru enĩ tua natus ẽ qui te diliget. ⁊ multo tibi melior est q̃ si septẽ haberes filios. Susceptũq; noemi puerũ posuit i sinu suo: ⁊ nutricis ac gerule fũgebat officio. Vicine aũt mulieres cõgratulãtes ei ⁊ dicẽtes natus ẽ fili⁹ noemi. vocauerũt nomẽ ei⁹ obed. Hicẽ pater isai pr̃is dauid. De fũt gnãtiões phares. Phares genuit esrom: Esrom genuit aram: Aram genuit aminadab: Aminadab genuit naason: Naason genuit salmon: Salmon genuit booz: Booz genuit obed: Obed genuit isai: Isai genuit dauid regẽ.

¶ Explicit liber Ruth. Incipit ꝓlogus sancti hieronymi in libros Regũ.

Viginti ⁊ duas lras esse apud hebreos syrorũ q̃ lingua ⁊ chaldeorũ testat̃ que hebree magna ex pte cõfinis est. Nam ⁊ ipsi viginti duo elemẽta hñt: eodẽ sono. ꝛ diũsis caracteribus. Samaritani etiã pẽtateuchũ moysi totidẽ lr̃is scriptitãt: figuris tm̃ ⁊ apicibus discrepãtes. Certũq; est esdram scribã legisq; doctorẽ post captã hierosolymã ⁊ instaurationem templi sub zorobabel alias litteras reppe-risse: quibus nunc vtimur. cũ ad illud vsq; tẽpus ijdem samaritanorũ ⁊ hebreorũ caracteres fuerint. In libro q̃ numerorũ hec eadem supputatio. sub leuitarum ac sacerdotũ censu mystice ostendit. ⁊ nomẽ domini tetragrammaton in quibusdã grecis voluminibus vsq; hodie antiq̃s exp̃sũ lr̃is inuenim⁹. Hz ⁊ psalmi tricesimus sext⁹ ⁊ centesimus decim⁹ ⁊ cẽtesimus syndecim⁹: ⁊ centesimus decimus octau⁹ ⁊

centesimusquadragesimusquartus: q̄q̄ diuerso scribanē metro: tñ eiusdem numeri texunt alphabeto. Et bieremie lamentationes ꝛ oño ci⁹. salomōis q̄ in fine ꝓuerbia·ab eo loco i q̄ ait: Mulierē fortē q̄s inuenit: eisdē alphabetis uel incisiōib⁹ supputantur. Porro q̄nq; lr̄e duplices apud hebreos sunt. caph. mem. nun. phe. sade. Alie eni scribūt ꝑ has ꝓncipia medietatesq; ꝓtozū. alie fines. Ubi ꝛ q̄nq; a pleriscq; libri duplices estimant: samuel·malachim · dabreiamū·esdras·hieremias cū cinoth. i. lamentationib⁹ suis. Quō igit̄ viginti duo clemēta sūt ꝙ q̄ scribim⁹ hebraice cē q̄ loq̄mur. ꝛ eox initijs vox humana comprehendit: ita viginti duo volumina supputant: q̄b⁹ q̄si lr̄is ꝛ exordijs in dei noctrina tenera adhuc ꝛ lactens viri iusti erudit infantia. Primus apud eos liber vocat hebreice: quem nos genesim dicimus. 2⁹ elleſmoth: q̄ exod⁹ appellat. 3⁹ vagecra. i. leuiticus. 4⁹ vagedaber: quē numerum vocamus. 5⁹ elleaddabarim·q̄ deuteronomiū ꝓnotat. Hi sūt q̄nq; libri moysi q̄s ꝓprie thorat. i. legem appellāt. Scōm ꝓphaꝛ ordinē faciūt. ꝛ icipiūt ab iesu filio naue: q̄ apud illos iosue bennum dicitur. Deinde subtexūt sopthim. i. iudicū libꝛ. ꝛ i eūdē cōpingūt ruth·q̄a i diebus iudicū·facta ei⁹ narraē historia. 3⁹ seq̄ē samuel: quem nos regnoū ꝓmū ꝛ secundū dicim⁹. 4⁹ malachim. i. regū: q̄ tertio ꝛ q̄rto regnoꝝ volumine ꝓtinet. Melius q̄q; multo ē malachim. i. regū: q̄ malachot. i. regnoꝝ dicere. Non. n. multaꝝ gentiū ꝛscribit regna: ꝙ ymⁱ israhelitici ꝓpr̄i q̄ tribub⁹ duodeci cōtinet. 5⁹ est isaias. 6⁹ bieremias. 7⁹ eçechiel 8⁹ liber duodecim ꝓphetarū: qui apud illos vocat thareasra. Tertⁱ⁹ ordo: agiographa possidet. Et ꝓm⁹ liber icipit abiob. 2⁹ a dauid: quē q̄nq; incisionib⁹ ꝛ vno psalmoꝝ volumie cōprehēdūt. 3⁹ ē salomon· tres libros habēs: ꝓuerbia q̄ illi paralipomenon. 4⁹ ecclesiasten. i. coeleth. 5⁹ ē canticū canticoꝝ·quē titulo syrasyrim ꝓnotant. 6⁹ est daniel. 7⁹ dabreiamin. i. verba dieꝝ q̄ significant⁹ chronicon totⁱ⁹ diuine historie possum⁹ appellare· q̄ liber apud nos paralypomenon ꝓmus ꝛ secūd⁹ inscribit. 8⁹ esdras: qui ꝛ ipse sūt apud grecos ꝛ latinos i duos libros diuisus ē. 9⁹ hester. Atq; ita fiūt pariē ueteris legis libri viginti duo. i. moysi q̄nq;. ꝛ ꝓphaꝛ octo: agiographoꝝ noue. Q̄q̄ nōnulli ruth ꝛ cynoth inē agiographa scriptitēt: ꝛ hos libros i suo putent numero supputādos · ac ꝙ b̄ eē ꝓsce legis libros vigintiq̄tuoꝝ q̄s sub numero viginti q̄tuoꝝ senioꝝ apocalypsis iobis inducit·adorantes agnū. ꝛ coronas suas ꝓstratis vultib⁹ offerētes: stātib⁹ corā q̄tuoꝝ aialib⁹ oculatꝝ ante ꝛ retro. i. ꝑteritū ꝛ i futurū respiciētib⁹. ꝛ indefessa voce clamantibus: scūs·scūs·scūs·dñs ue⁹ oipotens q̄ erat ꝛ q̄ est ꝛ q̄ vēturⁱ⁹ ē. Hic ꝓlog⁹ scripturaꝝ q̄si galeatū ꝓncipiū oib⁹ libris q̄s de hebreo vertimus in latinū ꝓuenire pōt. ut scire valeam⁹ q̄cq̄d extra hos ē inē apocrypha esse ponēdū. Igitur sapia q̄ vulgo salomonis inscribit. ꝛ iesu filij syrach liber. ꝛ iudith. ꝛ tobias. ꝛ pastor nō sūt in canone. Machabeoꝝ ꝓmū liber hebraicū reppi. Secūd⁹ grec⁹ est: q̄ ex ipsa phrasin ꝓbari pōt. Que cū ita se habeāt·obsecro te lector ne laborem meū reprehensionem estimes antiq̄ū. In tēplo dei offert vn⁹ q̄sq; q̄ pōt. Alij aurū ꝛ argentū ꝛ lapides ꝑciosos: alij byssū ꝛ purpurā ꝛ coccū offerunt ꝛ hyacinthū. Nobis cū hō agit: si obtulerimus pelles ꝛ caprarꝝ pilos. Et eñ apl's cōtēptibiliora nr̄a magnecia iudicat. Ubi ꝛ tota illa taternaculi pulchritudo. ꝛ ꝑ singulas spes ecclie p̄tis futureq; distinctio pelliū tegiē ꝛ cilitijs: ardoreq; solis ꝛ iniuriā imbrium ea q̄ vilioza sūt ꝓbitent. Lege g̃ ꝓmū samuel ꝛ malachim meū. Deū inquā meū. Quicq̄d eni crebri⁹ vertendo ꝛ emendando sollicitius ꝛ didicim⁹. ꝛ tenem⁹. nr̄m ē. Et cū intellexeris q̄ antea nesciebas·uel interpretē me estimato si g̃t⁹ es·uel parafrasten si ingrat⁹. q̄q̄ mihi oio conscⁱ⁹ nō sim· mutasse me quippiā ve hebraica ꝓbitate. Certe si incredul⁹ es·lege grecos codices ꝛ latinos. ꝛ ꝓfer cū his opusculis q̄ nup emendauim⁹. ꝛ vbicūq; discrepare inē se videris. unde roga quēlibet hebreoꝝ cui magis accomodare veras fidem. ꝛ si nr̄a firmauerit·puto q; eū non estimes cōiectorē ut i eodē loco mecū silēter diuinarit. Sed ꝛ vos famulas x̄pi rogo q̄ dñi discūbentē ꝓciosissima fidei mirrha ungit̄ caput· q̄ nequaq̄ saluatorē queritis in sepulchro q̄b⁹ iā ad patrē x̄pus ascēdit: ut ꝯ latrantes canes q̄ aduersū me rabido ore ꝛsurgūt ꝛ circueūt ciuitatē·atq; in eo se doctos arbitrant·si alijs ꝛtrabant·orationū yr̄arū clypeos opponatis.

Ego scies humilitatē meā illi sp sme recordator. Dixi custodiā vias meas: ut nō peccē in lingua mea. Posui ori meo custodiā: cū cōsisteret peccator aduersū me. Obmutui & humiliatus sum: & silui a bonis.

Explicit prolog. Incipit liber Samuelis primus. Capitulū. I

Erat vir vnus de ramathaim sophi de monte effraim. & nomen ei helcbana filius hieroboam filij heliu filij thau filij suph effratei. & habuit duas vxores: nomē vni anna & nomē secūde fenenna. Fuerūt aūt fenenne filij anne aūt nō erāt liberi. Et ascēdebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus ut adoraret & sacrificaret dño exercituū i silo. Erāt aūt ibi duo filij heli ofni & phinees sacerdotes dñi. Venit g̃ dies & immolauit helcbana: dedit q̃ fenenne vxori sue & cūctis filijs eius & filiabus ptes. Anne aūt dedit ptē vnā trist̄itiā: q̃a annā diligebat. Dñs aūt pcluserat vuluā eius. Affligebat q̃ eam emula ei & vehemēter angebat: in tantū ut exprobraret q̃ dñs pclusisset vuluā ei. Sicq̃ faciebat p singulos ānos cū rediēte tpe ascē dēret ad tēplū dñi. & sic puocabāt eā. Porro illa flebat. & nō capiebat cibū. Dixit ergo ei helcbana vir su: Anna cur fles. & q̃re nō comedis: & quāobrē affligit cor tuū? Nūq̃d nō ego melior tibi sū q̃ decē filij? Surrexit aūt anna post q̃ comederat & biberat i silo. Et heli sacerdote sedente sup sellam ante postes domus dñi cum eēt anna amaro aīo orauit ad dñm flens largit̄. & votū vouit dicens: Dñe exercituū si respiciēs videris afflictionem famule tue. & recordat mei fueris nec oblitus ancille tue. & dederis ancille tue semē virilem: dabo eū dño oib diēb vite ei. & nouacula nō ascēdet sup caput eius. Factū est aūt cū illa multiplicaret pces coram dño: ut heli obseruaret os ei. Porro anna loq̃batur in corde suo: tm̄modo labia ei mouebāt. & vox penit nō audiebatur. Estimauit g̃ eā heli temulentam dixitq̃ ei: Usq̃q̃ ebria eris? Digere paulisp vinū q̃ mades. Rndens anna: neq̃q̃ inquit dñe mi. Mā mulier infelix nimis ego sū: vinū q̃ & omne quod inebriare pōt nō bibi. & effudi aīam meā i ospectu dñi. Ne reputes ācillā tuā q̃si vnā de filiabus belial. q̃a ex multitudine dolor & merorис mei locuta sū vsq̃ in pīs Tunc heli ait ei: Vade in pace. & deus israhel det tibi petitionē tuā quā rogasti eū. At illa dixit: Utinā inueniat ancilla tua gram in oculis tuis. Et abiit mulier i viā suā & comedit: vultusq̃ illi nō sūt amplius diuersa mutati. Et surrexerūt mane. & adorauerunt coram dño: reuersiq̃ sunt. & venerūt in domū suam ramatha. Cognouit aūt helcbana annā uxorē suā. & recordat ei dñs. Et factū est post circulū dierū: peperit anna & pepit filiū: vocauit q̃ nomē ei samuel. eo q̃ a dño postulasset eum. Ascēdit aūt vir ei helcbana & omis domus ei ut immolaret dño hostiā solēnē & votū suum. & anna non ascendit. Dixit enim viro suo. Non vadā donec ablactet infans. & ducā eū ut appareat añ ospectū dñi. & maneat ibi iugiter. Et ait ei helcbana vir su: Fac q̃ bonū tibi videt. & mane donec ablactes eum: p̃orq̃ ut impleat dñs verbū suū. Mānit g̃ mulier & lactauit filiū suū: donec amoueret eū a lacte. Et adduxit eū secū p hostiis ablactauerat in vitulis tribus. & tribus modijs farine. & amphora vini & adduxit eū ad domū dñi in silo. Puer aūt erat adhuc infantul. Et immolauerūt vitulū & obtulerūt puerū heli. Et ait anna: Obsecro mi dñe: viuit anima tua. Ego sū illa mulier que steti coram te hic orās dñm p puero isto. Orauī. & dedit mihi dñs petitionē meā quā postulaui eum. Idcirco & ego cōmodaui eū dño: cūctis diebus q̃bus fuerit accōmodat dño Et adorauerūt ibi dñm. Et orauit anna. & ait

Exultauit cor meū in dño: & exaltatū est cornu meū in deo meo. Dilatatū ē os meū sup inimicos meos: q̃a letata sū in salutari tuo. Nō ē scūs ut ē dñs. neq̃ n. ē alius extra te: & nō ē fortis sicut deus nr̄. Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriātes. Recedāt vetera de ore vro: q̃a deus scientiarū dñs ē: & ipsi ꝑparāt cogitatiōes. Arcus fortiū superat ē: & infirmi accincti sūt robore. Repleti pus p panib se locauerūt: & famelici saturati sunt. Donec sterilis pepit plurimos: & q̃ multos habebat filios infirmata est. Dñs mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit. Dñs pauperē facit & ditat: humiliat & subleuat. Suscitat de pulue egenū: & de stercore eleuat pauperē. Ut sedeat cum pncipib: & soliū glie teneat. Dñi enī sūt cardines tre: & posuit sup eos orbē. Pedes scōr

suoꝝ seruabit: & ipij i tenebris ꝓticescēt: quia nō i fortitudie sua roborabit vir. Dñm formidabunt aduersarij ei⁹: & sup ipsos in celis tonabit. Dñs iudicabit fines tre: & dabit imperiū regi suo: & sublimabit cornu xpi sui. Et abijt helchana i ramatha in domū suā. Puer aūt erat minister in ꝑspectu dñi añ facie heli sacerdotis. Porro filij heli filij belial nescientes dñm neq; officiū sacerdotū ad ꝓpm: sed q̄cūq; immolasset victimam: veniebat puer sacerdotis dū coqrēt carnes. & habebat fuscinulā tridentē i manu sua. & mittebat eā in lebetem uel i caldariā aut in ollā siue i cacabū. & omne qđ leuabat fuscinula tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant vniuerso israheli venientium in silo. Etiam añq; adolerēt adipē: veniebat puer sacerdotis. & dicebat immolāti: Da mihi carnē ut coquā sacerdoti. Non enī accipiā a te carnē coctā sed crudā. Dicebatq; illi immolans. Incendat ꝑmū iuxta morem hodie adeps. & tolle tibi quātumcūq; desiderat aīa tua. Qui rñdens aiebat ei: Hodie. Nūc.n. dabis: alioq̄n tollā vi. Erat g̃ pctm̃ puerorū grāde nimis coram dño: ita detrahebāt homies sacrificio dñi. Samuel aūt ministrabat añ faciē dñi puer accinct⁹ ephot lineo. Et tunicā paruā faciebat ei mr sua: quā afferebat statutis diebus ascēdēs cū viro suo. ut immolaret hostiā solēnē. & votū suū. Et bñdixit heli helchane & uxori eius. dixitq; ei: Reddat tibi dñs semē de muliere hac ꝓ fenore qđ commodasti dño. Et abierūt i locū suū. Visitauit g̃ dñs annā. & concepit & pepit tres filios & duas filias. Et magnificatus ē puer samuel apud dñm. Heli aūt erat senex valde: & audiuit oia q̄ faciebāt filij sui vniuerso israheli. & quō dormiebāt cū mulieribus q̄ obseruabant ad ostiū tabernaculi. & dixit eis: Quare facitis res huiusce modi: ꝙs ego audio res pessimas ab oi ꝑpo ꝓ: Nolite filij mei. Non.n. est bona fama quā ego audio: ut trāsgredi faciatis populū dñi. Si peccauerit vir i virū placari ei pōt deus: si aūt in deū peccauerit vir. ꝙs orabit ꝓ eo ꝓ: Et nō audierūt vocem ptis sui: quia voluit dñs occidē eos. Puer aūt samuel ꝓficiebat atq; crescebat. & placebat tam deo q̄ hoib⁹. Venit aūt vir dei ad heli. & ait ad eū: Hec dic dñs. Nūq̄d non apte reuelat⁹ sum domui ptis tui cū eēt in egypto in domo pharaonis: Et elegi eū ex oib⁹ tribub⁹ israhel mihi i sacerdotē: ut ascēdēt ad altare meū. & adoleret mihi incēsū: & portaret ephot coram me: & dedi domui ptis tui oia de sacrificijs filiorū israhel. Quare calce abiecisti victimā meā & munera mea q̄ pcepi ut offerrent in tēplo. & magis honorasti filios tuos q̄ me. ut comederetis primitias oīs sacrificij israhel mei: Propterea ait dñs deus israhel: Loquēs locut⁹ sū. ut domꝰ tua & domꝰ patris tui ministraret i ꝑspectu meo vsq; in sempiternū. Nūc aūt dicit dñs. Absit ꝑ a me. Sed q̄cūq; honorificauerit me glorificabo eū: q̄ aūt cōtemnūt me erūt ignobiles. Ecce dies venient & precidā brachiū tuū. & brachiū domꝰ patris tui: ut nō sit senex i domo tua. Et videbis emulū tuū i tēplo i vniuersis ꝑsperis israhel. & non erit senex i domo tua omnib⁹ diebꝰ. Verūtn nō auferā penit⁹ virū ex te ab altari meo: ꝑ ut deficiāt oculi tui. & tabescat aīa tua. & pars magna domꝰ tue morient cū ad virilē etatem venerit. Hoc autē erit tibi signū qđ ventur⁹ ē duobus filijs tuis ofni & phinees. In die vno morient amb. Et suscitabo mihi sacerdotē fidelē qui iuxta cor meū & aīam meā faciet. & edificabo ei domū fidelē. & ambulabit coram xpo meo cūctis diebꝰ. Futurū ē ūt ut q̄cūq; remānserit i domo tua. veniat ut oret ꝓ eo. & offerat nūmū argēteū & torta panis. dicatq; dimitte me obsecro ad vnam partē sacerdotalē: ut comedam buccellam panis.

III

Puer autē samuel ministrabat dño coram heli. & sermo dñi erat pciosus. In diebꝰ illis non erat visio manifesta. Factū est g̃ i die qdā. heli iacebat in lectulo suo: & oculi ei⁹ caligauerāt. nec poterat videre. Lucerna dei añq; extingueret. samuel dormiebat in templo dñi vbi erat arcba dei. Et vocauit dñs samuel. Qui rñdens ait Ecce ego. Et cucurrit ad heli. & dixit: Ecce ego vocasti.n.me. Qui dixit: Nō vocaui te fili Reuertere & dormi. Et abijt & dormiuit. Et adiecit dñs rursum vocare samuel. Consurgēsq; samuel abijt ad heli. & dixit: Ecce ego q̄a vocasti me. Qui rñdit Nō vocaui te fili mi. Reuertē & dormi. Porro samuel necdū sciebat dñm: nec reuelatus fuerat ei sermo dñi. Et adiecit dñs. & vocauit adhuc samuel ētio. Qui cōsurgēs abijt ad heli & ait: Ecce ego: q̄a vocasti me. Intellexit ergo heli quia dñs vocaret puerū. & ait ad samuel: Vade &

dormi. & si te inceps vocauerit te. dices: Loq̃re dñe. qa audit ꝙ tuus. Abijt g̃ samuel & dormiuit in loco suo. Et venit dñs & stetit. & vocauit sic vocauerat secũdo. Samuel samuel. Et ait samuel, Loq̃re dñe: qa audit seruꝰ tuꝰ. Et dixit dñs ad samuel: Ecce ego facio ꝓbũ in isrl. qd̃ q̃cũq; audierit. tinnient ambe aures eius. In die illa suscitabo aduersũ hĕli oĩa q̃ locutꝰ sũ sup domũ eiꝰ. Incipiã & ꝑplebo. Prędixi. n. ei q̃ iudicaturꝰ essem domum eiꝰ in eꝝnũ ꝓpĕ iniq̃tatẽ. eo q̃ nouerat indigne agere filios suos: & non corripuerit eos. Idcirco iuraui domui hĕli q̃ nõ expiet iniq̃tas domꝰ eiꝰ victimis & muneribꝰ vsq; i eternum. Dormiuit aũt samuel vsq; mane: aperuitq; ostia domus dñi. Et samuel timebat idicare visionẽ hĕli. Vocauit g̃ hĕli samuelem. & dixit: Samuel fili mi. Qui rñdẽs ait Presto sum. Et iterrogauit eũ. Quis ẽ sermo quẽ locutꝰ ẽ dñs ad te? Oro te ne celaueris me. Hec faciat tibi deꝰ & hĕ addat. si abscõderis a me sermonẽ ex oibꝰ ꝙbus q̃ dicta sũt tibi. Indicauit itaq; ei samuel vniuersos sermones & nõ abscõdit ab eo. Et ille rñdit Dñs ẽ. Qđ bonũ ẽ in oculis suis faciat. Creuit ãt samuel. & dñs erat cũ eo: & nõ cecidit ex oibꝰ ꝙbus ei in ĕrã. Et cognouit vniuersus isrl a dan vsq; bersabee. q̃ fidelis samuel ꝓpha eĕt dñi. Et addidit dñs ut appareret in sylo: qm̃ revelatꝰ fuerat dñs samuel in sylo iuxt ꝙbũ dñi. Et euenit sermo samuelis vniuerso isrl hĕli. IIII

Et factũ est in dieb illis. cõuenerũt philistijm in pugnam. Egressus est nãq; isrl obuiã philistijm in prelio. & castrametatꝰ ẽ iuxta lapidẽ adiutorij. Porro philistijm venerũt in affec: & instruxerunt aciẽ ꝑ isrl. Initoq; aũt certamie terga ꝓtit isrl philisteis. & cesa fũt in illo certamine passim p agros q̃si q̃tuor milia viroꝝ. Et reuersus ẽ ppls ad castra. Dixerũtq; maiores natu de isrl: Quare pcussit nos dñs hodie coram philistijm? Afferamus ad nos de sylo archã fœderis dñi. & veniat i mediũ nr̃i ut saluet nos de manu inimicoꝝ nr̃oꝝ. Misit g̃ ppls in sylo & tulerũt inde archã federis dñi exercituum sedẽtis sup cherubin. Erãtq; duo filij hĕli cũ archa federis dñi ofni & phinees. Cũq; venisset archa federis dñi in castra. vociferatꝰ ẽ omis isrl clamore grãdi & ꝑsonuit ĕra. Et audierũt philistijm vocẽ clamoris. dixerũtq; Que nã est hꝝ vox clamoris magni in castris hebreoꝝ? Et cognouerũt q̃ archa dñi venisset in castra. Timuerũtq; philistijm dicentes: Venit deꝰ in castra. Et igemuerũt dicentes Ve nob. Hõ. n. fuit tãta exultatio hĕri & nudiustertiꝰ. Ve nobis. Quis nos saluabit de mãu deoꝝ sublimiũ istoꝝ? hi sũ dij q̃ percusserũt egyptũ oĩ plaga i deserto. Confortamini & estote viri philistijm: ne seruiatis hebreis sicut & illi seruierũt nob. Cõfortamini & bellate. Pugnauerũt g̃ philistijm: & cesus ẽ isrl & fugit vnusq̃sq; i tabernaculũ suũ. Et facta ẽ plaga mag̃ nimis. & ceciderũt de isrl triginta milia peditũ. & archa dei capta ẽ. Duo q; filij hĕli mortui sũt ofni & phinees. Currens aũt vir de beniamin ex acie venit i sylo in die illa: scissa veste & ꝑspsus puluĕ caput. Cũq; ille venisset: hĕli sedebat sup sellam ꝑ viam exspectãs. Erat aũt cor eiꝰ pauẽs ꝓ archa dñi. Vir aũt ille postq; ingressus ẽ nũciauit vbi & vlulauit oĩs ciuitas. Et audiuit hĕli sonitũ clamoris. dixitq;: Quis ẽ hic sonitꝰ tumultus huius? At ille festinauit & venit. & nunciauit hĕli. Heli autẽ erat nonaginta & octo ãnoꝝ. & oculi eiꝰ caligauerãt. & videre nõ poterat. Et dixit ad hĕli: Ego sũ q̃ veni de ꝓlio. & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actũ ẽ fili mi? Rndens aũt ille q̃ nũciabat: fugit inq̃t isrl coram philistijm & ruina magna facta est i ꝑplo. Insup & duo filij tui mortui sũt ofni & phinees. & archa dei capta ẽ. Cũq; ille nominasset archã dei. cecidit de sella retrorsũ iuxta ostiũ. & fractis ceruicibꝰ mortuus ẽ. Senex. n. erat vir & grãdeuus. & ipse iudicauit isrl q̃draginta annis. Nurus aũt eiꝰ uxor phinees. pgnans erat vicinaq; partui. Et audito nũcio q̃ capta eĕt archa dei. & mortuꝰ eĕt socer suus & vir suꝰ. icuruauit se & ꝑpit. Irruerãt. n. in eã dolores subiti. In ipso aũt momẽto mortꝝ eius dixerũt ei q̃ stabãt circa eã: Ne timeas: qa filiũ ꝑpisti. Que non respõdit eis neq; animaduertit. Et vocauit puerũ icabod dicens. Trãslata ẽ gloria dei de isrl quia capta ẽ archa dei. Et p socero suo & p viro suo ait: Translata est gloria ab israhel: eo q̃ capta esset archa dei. V

Philistijm aũt tulerunt archam dei: & ꝑportauerũtea a lapide adiutorij in azotũ. Tulerũtq; philistijm archam

uei. ⁊ intulerũt eã i tẽplũ dagon. ⁊ statuerũt eã iuxta dagon. Cũq; surrexissent diluculo açotij alea die: ecce dagon iacebat. pn⁹ i ẽra ante archã dñi. Et tulerũt dagon ⁊ restituerũt eũ in locũ suũ. Rursũq; mane die altera cõsurgentes inuenerũt dagon iacẽtẽ sup facẽ suã in ẽra cozã archa dñi. Caput aũt dagon ⁊ due palme manuũ ei⁹ abscise erãt super limen. porro dagon solus trũcus remãserat in loco suo. Propẽ hãc causã nõ calcant sacerdotes dagon. ⁊ cẽs q̃ ingrediunt templũ eius sup limẽ dagon i açoto vsq; in hodiernũ die. Aggrauata est aũt man⁹ dñi sup açotios. ⁊ vemolitus est eos. Et pcussit in secretiori pte natiũ açotũ ⁊ fines ei⁹. Et ebulierũt ville ⁊ agri i medio regiõis illi⁹. ⁊ nati sũt mures. ⁊ facta ẽ pfusio mortis magne in ciuitate. Videntes aũt viri açotij huiuscemodi plagã: dixerũt. Nõ maneat archa dei isrl apud nos. qm̃ dura ẽ man⁹ ei⁹ sup nos ⁊ sup dagon deũ nostrũ. Et mittẽtes congregauerũt cẽs satrapas philistinoz ad se. ⁊ dixerunt: Quid faciem⁹ de archa dei isrl? Rñderũtq; getthei. Circũducaf archa dei isrl. Et circũduxerũt archã dei isrl. Illis aũt circũducẽtib⁹ eã: fiebat manus dñi per singulas ciuitates interfectionis magne nimis. ⁊ pcutiebat viros vni⁹ cuiusq; vrbis a paruo vsq; ad maiorẽ. ⁊ cõputrescebant. pminẽtes extales eoz. Misierũtq; getthei ꝯsiliũ. ⁊ fecerũt sibi sedes pelliceas. Miserũt q̃ archã dñi i accharon. Cũq; venisset archa dñi dei i accharon: exclamauerũt accharonite dicẽtes: Adduxerũt ad nos archã dei isrl. ut interficiat nos ⁊ pplm nrm. Miserũt itaq; ⁊ cõgregauerũt cẽs satrapas philistinozum. Qui dixerũt: Dimittite archã dei isrl. ⁊ reuertaf i locũ suũ: ut nõ interficiat nos cũ populo nro. Fiebat enĩ pauor mortis i singulis vrbibus ⁊ grauissima valde manus domini. Viri q̃q; qui mortui non fuerãt pcutiebant in secretiori parte natiũ ⁊ ascendebat vlulatus vniuscuiusq; ciuitatis in celum.

VI

Erat q̃ archa dñi in regione philistinoz septem mẽsibus. Et post hec vocauerũt philistijm sacerdotes ⁊ diuinos dicentes: Quid faciemus de archa dei? Indicate nobis: quõ remittamus eã in locũ suũ. Qui dixerũt. Si remittitis archã dei isrl: nolite dimittere eã vacuã: sed qd̃ debitũ ei reddite. pro peccato. ⁊ tũc curabimini. ⁊ scietis q̃re nõ recedat man⁹ ei⁹ a vobis. Qui dixerũt: Quid ẽ qd̃ pro delicto reddẽ debeam⁹ ei? Rñderuntq; illi. Iuxta numer̃ principũ philistinoz. qnq; anos aureos facietis. ⁊ qnq; mures aureos qa plaga vna fuit oibus vob ⁊ satrapis vris. Facietisq; similitudines anozũ vrozũ. ⁊ similitudines muriũ q̃ demoliti sũt terrã. ⁊ dabit deo isrl gloriã. si forte releuet manũ suã a vobis ⁊ a dijs vris ⁊ a terra vra. Quare grauatis cor da vra: sicut aggrauauit egyptus ⁊ pharao cor suũ? Nõne postq̃ percussus est tũc dimisit eos. ⁊ abierũt? Nũc g̃ arripite ⁊ facite plaustrũ nouũ vnũ. ⁊ duas vaccas fetas qd̃ non est ipositũ iugũ iũgite in plaustro: ⁊ reclude vitulos earum domi. Tolletisq; archã dñi. ⁊ ponetis in plaustro. ⁊ vasa aurea q̃ exoluistis ei pro delicto ponetis in capsellã ad latus eius: ⁊ dimittite eã ut vadat. ⁊ aspicietis. Et si q̃ viã p viã finiũ suozũ ascenderit ꝯ bethsames ipse fecit nobis mẽ malũ grande. sin aũt mũnesciemus qa manus eius nos tetigit nos: sed casu accidit. Fecerũt g̃ illi sic modo. ⁊ tollentes duas vaccas q̃ lactabãt vitulos iunxerũt ad plaustrũ: vitulosq; earũ concluserũt domi. Et posuerũt archã dei sup plaustrũ ⁊ capsellã q̃ habebat mures aureos ⁊ similitudinẽ anoz. Ibant aũt in directũ vacce per viã que ducit bethsames. ⁊ itinere vno gradiebant̃ pgentes ⁊ mugientes. ⁊ nõ declinabãt neq; ad dexteram neq; ad sinistrã. Sed ⁊ satrapæ philistijm sequebãt vsq; ad termios bethsames. Porro bethsamite metebãt triticũ in valle. Et eleuãtes oculos viderunt archam. ⁊ gauisi sũt cũ vidissent. Et plaustrum venit in agrum iosue bethsamite. ⁊ stetit ibi. Erat aũt ibi lapis magnus. Et cõciderũt ligna plaustri. vaccasq; imposuerũt sup ea holocaustum dño. Leuite aũt deposuerũt archã dei. ⁊ capsellã que erat iuxta eam i q̃ erãt vasa aurea. ⁊ posuerũt sup lapidem grandẽ. Viri autẽ bethsamite obtulerunt holocausta. ⁊ immolauerunt victimas i die illa dño. Et quinq; satrapæ philistinozum viderũt ⁊ reuersi sũt i accharon i die illa. Hi sunt aũt ani aurei q̃s reddiderunt philistijm pro delicto dño. Azot⁹ vnũ. gaza vnũ. ascalon vnũ. getb vnũ. accharon vnum. ⁊ mures aureos sm numerũ vrbiũ philistijm quinq; prouintiarũ: ab vrbe murata vsq; ad villam q̃ erat absq; muro. ⁊ vsq; ad abel magnũ sup quẽ posuerũt archam dñi que erat vsq; i illa

die in agro ioſue bethſamitis. Percuſſit autē
domin⁹ de viris bethſamitib⁹ eo q̄ vidiſſent
archā domini. & percuſſit de populo ſeptuaginta
viros. & quinquaginta milia plebis. Luxitq̄
plus⁹ eo q̄ domin⁹ percuſſiſſet plebē plaga ma-
gna. Et dixerunt viri bethſamite. Quis po-
terit ſtare in cōſpectu domini dei ſancti huius?
Et ad quē aſcendet a nobis? Miſerūtq̄ nū-
cios ad habitatores cariathiarim dicentes.
Reduxerūt philiſtijm archam domini: deſcē-
dite & reducite eam ad vos.

VII

Venerūt ergo viri cariathiarim & re-
duxerunt archā dñi. & intulerunt eā
in domū aminadab in gabaa. Eleaça-
rum autē filiū ei⁹ ſcificauerūt ut cuſtodiret
archā dñi. Et factū ē ex qua die māſit archa
dñi i cariathiarim multiplicati ſūt dies. Erat
quippe iam ann⁹ viceſim⁹. Et requieuit omis do-
mus iſrl p⁹ dñm. Dixit autē ſamuel ad vniuer-
ſam domū iſrl dicens: Si i toto corde vro re-
uertimini ad dñm auferte deos alienos de
medio vri baalim & aſtaroth. & p̄parate corda
vra dño. & ſeruite ei ſoli. & eruet vos de ma-
nu philiſtijm. Abſtulerunt ḡ filij iſrl baalim
& aſtaroth. & ſeruierūt dño ſoli. Dixit autē ſa-
muel: Congregate vniuerſum iſrl i maſpbat
ut orem p vobis dñm. Et cōuenerūt in maſ-
pbat. hauſerūtq̄ aquā & effuderūt in cōſpec-
tu dñi. & ieiunauerūt i die illa. atq̄ dixerūt
Tibi peccauim⁹ dñe. Judicauitq̄ ſamuel filios
iſrl in maſpbat. Et audierūt philiſtijm q̄
congregati eſſent filij iſrl in maſpbat. & aſcē-
derūt ſatrapæ philiſtinoꝝ ad iſrahel. Qđ cum
audiſſent filij iſrahel timuerūt a facie philiſ-
tinorum. Dixerūtq̄ ad ſamuelem: Ne ceſſes
p nobis clamare ad dñm deū nr̄m ut ſaluet
nos de manu philiſtinorū. Tulit autē ſamuel
agnū lactantē vnū. & obtulit illū holocauſtū
integrum dño. Et clamauit ſamuel ad dñm
pro iſrl. & exaudiuit eū dñs. Factū ē aūt cū
ſamuel offerret holocauſtum dño: philiſtijm
intre preliū ꝺ iſrl. Intonuit autē dñs fragore
magno i die illa ſup philiſtijm. & exterruit eos
& cesi ſūt a filijs iſrahel. Egreſſiq̄ filij iſrl de
maſpbat p̄ſecuti ſunt philiſteos. & percuſſerunt
eos vſq̄ ad locū q̄ erat ſubter bethcbar. Tu-
lit aūt ſamuel lapidē vnū. & poſuit eum inter
maſpbat & inter ſen. Et vocauit nomen loci
illius lapis adiutorij. Dixitq̄. Hucuſq̄ auxi-
liatus ē nobis dñs. Et būliati ſūt philiſtijm
nec apposuerūt vltra ut venirent in terminos
iſrl. Facta ē itaq̄ manus dñi ſup philiſteos
cunctis diebus ſamuelis. & reddite ſūt vrbes
q̄s tulerāt philiſtijm ab iſrahel iſrahel. ab ac-
caron vſq̄ getb & terminos ſuos. Liberauit
itaq̄ iſrl de manu philiſtinorū. erat q̄ pax inter
iſrl & āmorreū. Judicabat q̄ ſamuel iſrahel
cunctis diebus vite ſue. & ibat p ſingulos an-
nos circuiēs bethel & galgala & maſpat. & iu-
dicabat iſrahelem i ſupradictis locis. Reuer-
tebaturq̄ in ramatha: ibi enim erat dom⁹ ei⁹
& ibi iudicabat iſrahelem. Edificauit etiā ibi
altare domino.

VIII

Factū ē aūt cū ſenuiſſet ſamuel: po-
ſuit filios ſuos iudices in iſrl. Fuitq̄
nomen filij eius primogeniti ioel. &
nomen ſecūdi abia. iudicū in bersabee. Et non
ambulauerūt filij illi⁹ in vijs ei⁹: ſed declinaue-
rūt p auaritiā. acceperūtq̄ munera. & peruer-
terunt iudiciū. Cōgregati ḡ vniuſi maiores
natu iſrl. venerūt ad ſamuelē in ramatha. di-
xerūtq̄ ei: Ecce tu ſenuiſti. & filij tui nō am-
bulāt in vijs tuis. Cōſtitue nobis regē. ut iu-
dicet nos. ſicut & vniuerſe habent nationes.
Diſplicuitq̄ ſermo in oculis ſamuelis. eo q̄ di-
xiſſent: da nobis regē ut iudicet nos. Et oza-
uit ſamuel ad dñm. Dixit aūt dñs ad ſamuelē
Audi voce pli in oib⁹ q̄ loquunt tibi. Nō eni
te abiecerūt ſed me. ne regnē ſup eos. Juxta
oia opa ſua q̄ fecerūt a die qua eduxi eos de
egypto vſq̄ ad diē hāc: ſicut dereliq̄runt me
& ſeruierūt dijs alienis. ſic faciūt etiam tibi.
Nūc ḡ voce eorū audi. Verūtn̄ ꝓteſtare eos
& pdic eis ius regi q̄ regnatur⁹ ē ſup eos. Di-
xit itaq̄ ſamuel oia ꝟba dñi ad plm q̄ petie-
rat a ſe regē. & ait: Hoc erit ius regis q̄ imperā-
tur⁹ ē vob. Filios vros tollet & ponet in cur-
ribus ſuis. faciet q̄ ſibi equites & pcurſores q̄
drigarū ſuaꝝ. & ſtituet ſibi tribunos & centu
riones. & aratores agroꝝ ſuoꝝ. & meſſores ſe-
getū. & fabros armoꝝ & curruū ſuoꝝ. Filias
q̄ vras faciet ſibi vnguentarias & focarias &
pānificas. Agros q̄ vros & vineas & oliue-
ta optima tollet. & dabit ſeruis ſuis. Sed &
ſegetes vras & vinearū redditus addecima-
bit: ut det eunuchis & famulis ſuis. Seruos
etiā veſtros & ancillas & iuuenes optimos &
aſinos auferet. & ponet in ope ſuo. Greges q̄
veſtros addecimabit: vosq̄ eritis ei ſerui.
Et clamabitis in die illa a facie regis veſtri

quē elegistis vobis. ⁊ nō exaudiet vos dñs in die illa: qa petistis vobis regem. Dedit autē pl's audire vocē samuelis. sed dixerunt: Nequaq̄. Rex erit super nos ⁊ erimus nos quoq; sicut omnes gentes. ⁊ iudicabit nos rex noster ⁊ egredietur ante nos. ⁊ pugnabit bella nra. p nobis. Et audiit samuel oīa vba pli. ⁊ locutus est ea in aurib⁹ dñi. Dixit autē dñs ad samuelem. Audi vocē eoz ⁊ pstitue sup eos regē. Et ait samuel ad viros israel. Vadat vnusquisq; i ciuitatē suā. IX

tribus nris qñ egreſſi ſũt de tra egypti. Stetit
aũt ſalomõ añ altare dñi i ꝓſpectu ecclie iſrl
& expandit manus ſuas i celũ. & ait: Dñe deus
iſrl nõ ẽ ſilis tui de i celo de ſup & ſup trã de
orſũ. q cuſtodis pactũ & miam ſeruis tuis: q
ambulãt coram te i toto corde ſuo: q cuſtodiſti
ſuo tuo dauid pri meo q locut es ei. Qre lo
cutus es. & manib pfeciſti. ut hec dies ꝓbat.
Nũc igit dñe de iſrl cõſerua famulo tuo da
uid pri meo q locut es ei dicẽs. Nõ auferet
de te vir coram me qui ſedeat ſup thronũ iſrl:
ita tm ſi cuſtodierit filij tui viã ſuã ut ãbulẽt
coram me ſicut tu ambulaſti i ꝓſpectu meo. Et
nũc dñe de iſrl firment ꝙba tua q locut es
ſuo tuo dauid pri meo. Ergo ne putandũ eſt
qd vere de habitet ſup trã? Si.n.celũ & celi
celoꝝ te capere nõ pnt: quãto magis dom hoc quã
edificaui tibi? Verũm reſpice ad orõnẽ ſui tui. &
ad pces ei dñe de me. Audi hymũ & orõnẽ
quã ſerus tuus orat coram te hodie: ut ſint ocu
li tui apti ſup domũ hãc nocte ac die: ſup lo
mũ de q dixiſti: erit nomen meũ ibi. ut exau
dias orõnẽ quã orat i loco iſto ad te ſerus tus
ut exaudias deprecationẽ ſui tui & ppli tui iſrl.
qcũq; orauerit i loco iſto. & exaudies i loco
habitaculi tui in celo. & cũ exaudieris ꝓpitius
eris. Si peccauerit hõ in ꝓximũ ſuũ. & habue
rit aliq iuramẽtũ q teneat aſtrict. & venerit
ꝓt iuramẽtũ coram altari tuo i domũ tuã:
tu exaudies i celo. & facies & iudicabis ſeruos
tuos. dẽnans iniũ. & reddes viã ſuã ſup ca
put ei. iuſtificansq; iuſtũ & retribues ei ſm
iuſticiã ſuã. Si fugerit ppls tus de iſrl inimicos
ſuos. qa peccatur ẽ tibi. & agentes pniam. &
confitẽtes nomẽ tuo. venerint & adorauerit. & de
precati te fuerint i domo hac. exaudi i celo. & di
mitte pctũ pplo tui iſrl. & reduces eos i terrã
quã dediſti patrib eorũ. Si clauſũ fuerit celũ.
& nõ pluerit ꝓpter pctã eoꝝ. & orantes i loco
iſto pniam egerint nomẽ tuo. & a pctis ſuis cõ
uerſi fuerint ꝓpter afflictionẽ ſuã: exaudi eos
in celo. & dimitte pctã ſeruoꝝ tuoꝝ & pplj tui
iſrl. & oſtende eis viã bonã p quã ambulẽt. & da
pluuiã ſup terrã quã dediſti pplo tuo i poſſeſſio
nẽ. Fames ſi oborta fuerit i terra: aut peſtilẽ
tia. aut corrupt aer. aut erugo. aut locuſta:
uel rubigo. & afflixerit eũ inimicus eius portas
obſidens: oĩs plaga. vniuerſa infirmitas. cun
cta de uotatio & ipreccatio q acciderit oi hõi de
pplo tuo iſrl. ſi quis cognouerit plagã cordis ſui:
& expanderit manus ſuas i domo hac: tu exau
dies in celo i loco habitatiõis tue. & repropi
tiaberis. & facies ut des vnicuiq ſm cas vias
ſuas ſicut videris cor eius. qa tu noſti ſol cor
oĩũ filioꝝ hoĩũ. ut timeãt te cũctis diebus
quib viuũt ſup faciẽ terre quã dediſti patrib
nris. Inſup & alienigena q nõ eſt de pplo tuo
iſrl cũ venerit de tra lõginq ꝓpt nomẽ tuũ.
audient enim nomẽ tuũ magnũ & manus tua fortis
& brachiũ tuũ extentũ vbiq: cũ venerit & ſ
orauerit in hoc loco: tu exaudies i celo i firma
mento habitaculi tui. & facies oĩa ꝙ q vocauerit te alienigena ut diſcãt vniuerſi populi
terrarũ nomẽ tuũ timere ſicut ppls tuus iſrl. &
ꝓnt qa nomẽ tuũ invocatũ eſt ſup domũ hãc
quã edificaui. Si egreſſus fuerit ppls tus ad
bellũ ſuos inimicos ſuos p viã q cumq miſerit eos
orabũt te ſuper viã ciuitatis quã elegiſti. & do
mũ quã edificaui nomini tuo. & exaudies in celo
orones eoꝝ & pces eoꝝ. & facies iudicium eorũ.
Nec ſi peccauerint tibi: nõ eſt.n. hõ q nõ peccet:
& irat tradideris eos inimicis ſuis. & captiui
ducti fuerint i trã inimicoꝝ longe vel ꝓpe. & ege
rint pniam in corde ſuo. in loco captiuitatis. &

ꝑuersi ꝛ̃pcati te fuerint i captiuitate sua dicentes: ꝓccauim⁹. iniq egim⁹. impie gessim⁹: ⁊ reuersi fuerit ad te i vniuſo corde suo. ⁊ tota aīa sua in ĕra īimicoꝝ suoꝝ ad quā captiui ducti fuerint. ⁊ oꝛauerit teꝫ viā ĕre sue quā ꝛ̃disti ꝑibus eoꝝ ⁊ ciuitat̄ quā elegisti. ⁊ tẽpli qꝫ edificaui noī tuo: exaudies in celo i firmamẽto soliꝫ tui. oꝝones eoꝝ ⁊ ꝑces eoꝝ. ⁊ faces iudiciū eoꝝ. ⁊ ꝓpitiaberis ꝓplo tuo q̄ ꝓccauit tibi. ⁊ oīb⁹ iniq̄tatib⁹ eoꝝ q̄b⁹ ꝓuaricati sūt i te. ⁊ dabis mīam coꝝ ĕis q̄ eos captiuos habuerīt ut misereant̄ eis. ꝓpl's. n. tu⁹ ĕ ⁊ hēditas tua q̄s eduxisti ꝛ̃ ĕra egypti ꝛ̃ me dio foꝛnaq̄ ferree. ut sint oculi tui apti ad ꝛ̃pcationē ſui tui ⁊ ꝓpli tui isrl. ⁊ exaudies eos in vniūsis ꝓ q̄b⁹ iuocauerīt te. Tu. n. sepasti eos tibi in hēditatē ꝛ̃ vniūsis ꝓplis ĕre sicut locut⁹ es ꝑ moysen ſuū tuū qñ eduxisti ꝑres nr̄os ꝛ̃ egypto dñe ꝛ̃. Factū est aūt cū cōpleſſet salomō oꝛās dñm cēm oꝛonē ⁊ ꝛ̃pcationē hanc surrexit ꝛ̃ conſpectu altaris dñi. Stetitq̄. n. genu i ĕrā fixerat. ⁊ man⁹ expāderat ad celum. Stetit ḡ ⁊ hñdixit oi ecclie isrl voce magā dicēs. Benedict⁹ dñs ꝛ̃ q̄ ꝛ̃dit requiē ꝓplo suo isrl iux̄ oīa q̄ locut⁹ ĕ. Nō cecidit ne vn⁹ q̄dē ex oīb⁹ ꝛbis q̄ locut⁹ ĕ ꝑ moysen seruū suū. Sit dñs ꝛ̃ nr̄ nobiscū sic fuit cū ꝓb⁹ nr̄is. nō ꝛelinquēs nos neq̄ ꝓijciens: ꝙ inclinet corda nr̄a ad se ut ambulemus in vniūsis vijs ei⁹ ⁊ custodiam⁹ mādata eius ⁊ cerimonias ⁊ iudicia q̄cūq̄ mādauit ꝓb⁹ nr̄is. ⁊ sint ꝓmones mei isti q̄b⁹ ꝛ̃pcat⁹ sū coꝝ dño appropiquātes dño ꝛeo nr̄o die ac nocte: ut faciat iudiciū suo suo ⁊ ꝓplo suo isrl ꝙ singulos dies: ut sciāt cēs ꝓpli terre q̄a dñs ipe ĕ ꝛ̃. ⁊ nō ĕ vltra ablq̄ eo. Sit q̄ coꝝ nr̄m ꝓfectū cū dño ꝛeo nr̄o. ut ābulem⁹ in ꝛecrec̄ ei⁹. ⁊ custodiam⁹ mādata ei⁹: sic ⁊ hodie. Igit̄ rex ⁊ oīs isrl cū eo īmolabant victimas coꝝ dño. Mactauitq̄ salomō hostias pacificas q̄s īmolauit dño: boū vigitiduo milia ⁊ ouiū cētū viginti milia. Et ꝛedicauerūt tẽplū dñi rex ⁊ filij isrl. In die illa scificauit rex mediū atrij qd erat añ tomū dñi. Fecit q̄ppe holocaustū ibi ⁊ sacrificiū ⁊ adipē pacificoꝝ. qm̄ altare ereū qd erat coꝝ dño minus erat. ⁊ cape nō ꝓterat holocaustū ⁊ sacrificiū ⁊ adipē pacificoꝝ. Fecit ḡ salomon in tpe illo festiuitatē celebrē. ⁊ oīs isrl cum eo multitudo magna ab introitu emath vsq̄ ad riuū egypti coꝝ dño ꝛeo nr̄o septē diebus ⁊ septem diebus. i. q̄tuordecim dieb⁹. ⁊ in die octauo dimisit ꝓplos. Qui bñdicentes regi: ꝓfecti sūt in tabernacula sua letantes ⁊ alacri corde sup oīb⁹ bonis que fecerat dñs dauid seruo suo ⁊ isrl populo suo.

IX

Factū ĕ aūt cū ꝓfeciſſet salomon edificium dom⁹ dñi ⁊ edificiū regis ⁊ cē q̄ optauerat ⁊ voluerat facere. apparuit ei dñs secūdo sic apparuerat ei i gabaon. Dixitq̄ dñs ad eū. Exaudiui oꝛonē tuā ⁊ ꝛ̃pcationē tuā quā ꝛ̃pcatus es coꝝ me. Scificaui domū hāc quā edificasti ut ponerē nomē meū ibi in sempiternū. ⁊ erūt oculi mei ⁊ cor meū ibi cunctis dieb⁹. Tu q̄ si ambulaueris coꝝ me sicut ābulauit ꝑ tuus i simplicitate cordis ⁊ i eq̄tate. ⁊ fecer̄ oīa q̄ ꝑcepi tibi ⁊ iudicia mea ꝙnaueris ⁊ legitia mea: ponā thꝛonū regni tui sup isrl i sempiternū sicut locut⁹ sū dauid ꝑri tuo dicēs: nō auferet̄ vir ꝛ̃ gnē tuo ꝛ̃ solio isrl. Si aūt auersiõe auersi fueritis ⁊ filij vr̄i nō sequētes me nec custodiētes mādata mea ⁊ cerimonias q̄s ꝓposui vobis: ꝙ abierit̄ ⁊ coluerit̄ ꝛeos alienos ⁊ adoꝛauerit̄ eos: auferā isrl ꝛ̃ supficie ĕre quā ꝛ̃di eis ⁊ tẽplū qd̄ scificaui noī meo ꝓiciā a ꝓſpectu meo: eritq̄ isrl in ꝓuerbiū ⁊ in fabulā cunct̄ ꝓplis. ⁊ dom⁹ hec erit i exẽplū. Omis qui trāſierit ꝑ eā stupebit. ⁊ sibilabit. ⁊ dicet. Quare fecit dñs sic terre huic ⁊ domui huic? Et rñdebit. Quia ꝛeliquerūt dñm ꝛeū suū qui eduxit ꝑres eoꝝ ꝛ̃ ĕra egypti ⁊ secuti sūt ꝛeos alienos ⁊ coluerūt eos. ⁊ adoꝛauerūt eos: idcirco ĩduxit dñs sup eos cē malū hoc. Expletis aūt annis viginti p⁹q̄ edificauerat salomon duas domos. i. domū dñi ⁊ domū regis: birā re ge tyri ꝓtente salomoni ligna cedrina ⁊ abiegna ⁊ aurū iux̄ cē q̄ op⁹ habuerat: tūc ꝛedit salomon birā viginti oppida i ĕra galilee. Et egressus ĕ birā ꝛ̃ tyro ut vidēt oppida q̄ ꝛ̃derat ei salomō ⁊ nō placuerūt ei. Et ait. Hec cine sūt ciuitates q̄s ꝛedisti mi frat̄? Et appellauit eas ĕrā chabul vsq̄ i diē hāc. Misit q̄ birā ad regē salomonē cētū viginti talenta auri. Hec ē sūma expensar̄ quā obtulit salomon rex ad edificandū domū dñi ⁊ domum suā ⁊ mello ⁊ murū irl̄m ⁊ haser ⁊ mageddo ⁊ gaser. Pharao rex egypti ascendit. ⁊ cepit gazer: succenditq̄ eā igni. ⁊ chananeū q̄ habitabat i ciuitate interfecit. ⁊ ꝛedit eā i dote filie

sue vxori salomõis. Edificauit ḡ salomõ gazer ⁊ bethoron inferiorẽ ⁊ baalath ⁊ palmirã i ẽra solitudis. ⁊ cẽs vicos q̃ ad se ptinebãt ⁊ erant absq; muro: muniuit ⁊ ciuitates curruũ ⁊ ciuitates eq̃tũ ⁊ qcũq; ei placuit ut edificaret in ierl'm ⁊ i libano ⁊ i oi ẽra ptãtis sue. Uniuſũ ꝑlm q̃ remãserat de ãmorreis ⁊ de ethis ⁊ pherezeis ⁊ eueis ⁊ iebuseis. q̃ nõ sũt de filijs isrl: hoc filios q̃ remanserãt i ẽra q̃s. s. nõ potuerãt filij isrl. exẽminare. fecit salomõ tributarios vsq; i diẽ. hãc. De filijs aũt isrl nõ pstituit salomõ seruire quẽq; ꝫ erant viri bellatores ⁊ mĩstri eius ⁊ pncipes ⁊ duces ⁊ pfecti curruũ ⁊ eq̃t. Erãt aũt pncipes sup oĩa opa salomõis ꝓpõiti q̃ngẽti qui q̃ginta q̃ bathebãt subiectũ ꝑlm. ⁊ statuũ opib⁹ igabãt. Filia aũt pharaõis ascẽdit de ciuitate dauid i domũ suã quã edificauerat ei salomon. Tũc edificauit mello. Offerebat q̃ salomõ trib⁹ vicib⁹ p ãnos singulos holocausta ⁊ pacificas victias sup altare q̃ edificauerat dño ⁊ adolebat thymiama coram dño. Perfectũq; est tẽplũ. Classem q̃ fecit rex salomõ in asiongaber q̃ ẽ iux̃ baylã in littore maris rubri i ẽra idumee. Misitq; birã i classe illa suos seruos salomõis. q̃ cũ seruis salomõis. q̃ cũ venissent i opbir. sũptũ inde aurũ q̃dringẽtoz viginti talentoz detulerũt ad regẽ salomonẽ

X

Regina saba audita fama salomonis. in nõie dñi venit tẽptare eũ i enigmatib⁹. Et igressa ierl'm multo cũ comitatu ⁊ diuitijs. camelis portantibus aromata ⁊ auz̃ infinitũ nimis ⁊ gẽmas pcios as. venit ad regem salomonẽ. ⁊ locuta est ei vniuersa q̃ habebat in corde suo. Et docuit eã salomõ oĩa ꝑba q̃ ꝓposuit. Nõ fuit sermo q̃ regẽ posset latẽ. ⁊ nõ rñderet ei. Uidẽs aũt regina saba cẽm sapiam salomonis: ⁊ domũ quã edificauerat: ⁊ cibos mẽse ei⁹. ⁊ habitacula seruoz ⁊ ordines ministrantiũ. vestesq; coz ⁊ pincernas. ⁊ holocausta q̃ offerebat in domo dñi: nõ habebat vltra spiñ. dixitq; ad regẽ: Uer⁹ ẽ sermo quẽ audiui in ẽra mea sup sermonib⁹ tuis ⁊ sup sapia tua: ⁊ nõ credebam narrãtib⁹ mihi. donec ipsa veni ⁊ vidi oculis meis. ⁊ ꝓbaui q̃ media ps mihi nũciata nõ fuerit. Maior ẽ sapia ⁊ opera tua q̃ rumor quẽ audiui. Beati viri tui ⁊ beati serui tui hi q̃ stãt coram te sẽp ⁊ audiũt sapiam tuã. Sit dñs de⁹ tu⁹ bñdict⁹ cui cõplacuisti ⁊ posuit te sup thronũ isrl eo q̃ dilexerit dñs isrl i sẽpiternũ. ⁊ pstituet te regẽ ut facẽs iudiciũ ⁊ iustitiã. Dedit ḡ regi cẽtũ viginti talẽta auri. ⁊ aromata multa nimis ⁊ gẽmas pcios as. Nõ sũt allata vltra aromata tã multa q̃s ea q̃ dedit regina saba regi salomõi. Sed ⁊ classis birã q̃ portabat aurũ de opbir. attulit ex opbir lignũ thina multa nimis ⁊ gẽmas pcios as. Fecitq; rex de lignis thinis fulcra dom⁹ dñi ⁊ domꝰ regie ⁊ citharas liraſq; cãtoꝝ⁹. Nõ sũt allata b⁹ cemõi lignũ thina neq; visa vsq; i pñtẽ diẽ. Rex aũt salomõ dedit regine saba oĩa q̃ voluit ⁊ petiuit ab eo. exceptis his que vltro obtulerat ei munere regio. Que reuersa ẽ ⁊ abijt i terrã suã cũ seruis suis. Erat aũt pondus auri q̃ offerebat salomoni p annos singulos sexcẽtoz sexagita sex talẽtoz auri. excepto eo q̃ offerebant uiri q̃ sup vectigalia erãt ⁊ negociatores. vniuersiq; reges arabie. ducesq; ẽre. Fecit q̃q; rex salomon ducẽta scuta de auro purissimo. Sexcẽtos aurisiclos dedit lamias scuti vn⁹ ⁊ trecẽtas peltas ex auro ꝓbato. Trecẽtasq; lamine auri vnã peltam vestiebãt. Posuitq; eas rex in domo silt⁹ libani. Fecit etiã rex salomon thronũ de ebore grandẽ. ⁊ vestiuit eũ auro fulvo nimis q̃ habebat sex grad⁹. Et sũmitas throni rotũda erat in parte posteriori. ⁊ due man⁹ hinc atq; inde tenẽtes sedile. ⁊ duo leones stabãt iux̃ man⁹ singulas: ⁊ duodecim leunculi stãtes sup sex gradꝰ hinc atq; inde. Nõ ẽ factũ tale op⁹ i vniuersis regnis. Quia ⁊ oĩa vasa de q̃b⁹ potabat rex salomon erãt aurea: ⁊ vniuersa supellex domꝰ silt⁹ libani de auro purissimo. Nõ erat argẽtũ. nec alicui⁹ pretij putabat in diebꝰ salomonis: q̃a classis regis p mare cũ classe birã semel p tres ãnos ibat in tharsis. referẽs inde auz̃ ⁊ argẽtũ ⁊ vestes elephãtoz ⁊ simias ⁊ pauos. Magnificat⁹ ẽ ḡ rex salomõ sup oĩs reges ẽre diuitijs ⁊ sapiẽtia. ⁊ vniuſa ẽra desiderabat vultũ salomõis ut audiret sapiam ei⁹ quã dederat de⁹ in corde eius. ⁊ singuli referebant ei munera. vasa argentea ⁊ aurea. vestes ⁊ arma bellica. aromata q̃q; ⁊ equos ⁊ mulos p annos singulos. Cõgregauitq; salomõ curr⁹ ⁊ eq̃tes. ⁊ facti sũt ei mille q̃dringẽti curr⁹. ⁊ duodecim milia eq̃tũ. ⁊ disposuit eos p ciuitates munitas: ⁊ cũ rege i ierl'm. Fecitq; ut tãta eẽt abũdãtia

argenti i ūrlm·quanta ⁊ lapidū.⁊ cedrorum
ꝓbuit multitudinē q̄si sicomoros q̄ nascunt
in cāpestrib⁹. Et educebāt eq̄ salomōi de egy-
pto ⁊ de choa. Negociatores.n. regi emebāt
de choa ⁊ statuto p̄cio p̄ducebant. Egredie-
bat aūt q̄driga ex egypto sexcēt⁹ siclis argēti
⁊ equ⁹ cētū q̄nq̄gīta. Atq; i būc modū cūcti
reges etheoꝝ ⁊ syrie eq̄s venūdabāt.

XI

Rex aūt salomon adamauit mulieres
alienigenas multas: filiā q̄ pharao
nis ⁊ moabitidas ⁊ āmonitidas· idu-
meas ⁊ sidonias ⁊ cetheas. de gētib⁹ sup q̄b⁹
dixit dñs filijs isrl. Non ingrediemī ad eas
neq; de illis ingredīet ad vras. Certissime.n.
quērēt corda vra ut seq̄mini deos eaꝝ. His
itaq; copulat⁹ est salomō ardētissimo amore
Fuerūtq; ei uxores q̄si regine septīgēte.⁊ cō
cubine trecēte. Et auerterūt mulieres cor ei⁹
Cūq; iā eēt senex· de uxorib⁹ suis corda ei⁹ p mulie-
res ut seq̄rēt deos alienos. nec erat cor ei⁹ p-
fectū cū dño deo suo sic cor dauid p̄ris eius
Sed colebat salomō astharthen dēā sidoniox.⁊
chamos deū moabitaꝝ.⁊ moloch idolū āmo
nitaꝝ. Fecitq; salomō q̄d nō placuerat coram
dño.⁊ nō adīpleuit ut seq̄rēt dñm sicut da-
uid p̄r ei⁹. Tūc edificauit salomō phanū cha
mos idolo moab i mōte qui ē ↄ irlm :⁊ mo-
loch idolo filioꝝ āmon. Atq; i būc modū fe-
cit uniuersis uxorib⁹ suis alienigenis q̄ ado-
lebāt thura ⁊ imolabāt dijs suis. Igit̄ irat⁹
ē dñs salomoni: q̄ auersa eēt mens ei⁹ a dño
deo isrl q̄ apparuerat ei secundo.⁊ p̄cepat de
p̄to ut nō ne sequerēt deos alienos.⁊ nō custodi
uit q̄ mādauit ei dñs. Dixit itaq; dñs salo-
moni. Quia hūisti hoc apud te ⁊ nō custodisti
pactū meū ⁊ p̄cepta mea q̄ mādaui tibi: di-
rūpens scindā regnū tuū:⁊ dabo illud seruo
tuo: uerūtn i diebus tuis nō faciā ꝓp̄ dauid
p̄rem tuū. De manu filij tui scindā illud. nec
totū regnū auferā sed tribum unā dabo filio
tuo ꝓp̄ dauid seruum meū ⁊ irlm quā elegi.
Suscitauit aūt dñs adūsarīū salomōi adad
idumeū de semīe regio q̄ erat i edom. Cū.n.
eēt dauid i idumea ⁊ ascēdisset ioab p̄nceps
militie ad sepliēdū eos q̄ fuerāt interfecti.⁊
occidisset oē masculinū i idumea: sex.n. men-
sib⁹ ibi morat⁹ ē ioab ⁊ oīs isrl donec interi-
ret oē masculinū i idumea: fugit adad ipse ⁊
viri idumei de uxis p̄ris ei⁹ cū eo ut ingredēt
egyptū. Erat aūt adad puer puul⁹. Cūq; sur
rexissent de madian· uenerūt i pharā. Tule-
rūtq; secū viros de pharā.⁊ introierūt egyp-
tū ad pharaonē regē egypti. Qui dedit ei do-
mū.⁊ cibos p̄stituit ⁊ terā delegauit. Et inue-
nit adad grām coram pharaone valde· intātū
ut daret ei uxorē sororē uxoris sue germanā
tafnes regie. Genuitq; ei soror tafnes gene-
batb filiū. ⁊ nutriuit eū tafnes i domo pha-
raōis. Eratq; genebatb būtās apud pharao-
nē cū filijs ei⁹. Cūq; audisset adad i egypto
dormisse dauid cū pribus suis.⁊ mortuū ē io-
ab p̄ncipem militie· dixit pharaoni: Dimitte
me ut vadā in terrā meā. Dixitq; ei pharao:
Qua.n.re apud me idiges ut queras ire ad
terā tuā? At ille rūdit. Nulla. Ꝛogo obsecro te
ut dimittas me. Suscitauit q̄q; ei de⁹ adūsa-
riū raçon filiū eliadan q̄ fugerat adadeçer
regē soba dñm suū.⁊ ꝯgregauit ↄ eū viros.⁊
fact⁹ ē p̄nceps latronū cū interficēt eos dauid
abieruntq; damascū ⁊ būtauerūt ibi.⁊ p̄sti-
tuerūt eū regē i damasco· eratq; adūsari⁹ isrl
cūctis diebus salomōis. Et b̄ malū addad ⁊
odiū ↄ isrl· regnauitq; i syria. Hieroboā q̄q; fi-
lius nabat efrate⁹ de sareda fu⁹ salomōis
cui⁹ mr erat noie Serua mulier vidua: leua
uit manū ↄ regē. Et h̄ ē cā rebelliōis adūsus
eū: q̄a salomō edificauit mello.⁊ coeḡuit wo-
raginē ciuitatis dauid p̄ris sui. Erat aūt biero
boā vir fortis ⁊ potēs. Videlīcq; salomō adole-
scentē bone idolis ⁊ industriū· p̄stituerat eū
p̄fectum sup tributa uniuerse domus ioseph
Factū ē igit̄ i tpe illo ut hieroboā egredēt̄ur
de irlm.⁊ inueniret eū abias silonites ꝓpha i
via opt⁹ pallio nouo. Erāt aūt duo tm̄ i agro
Apprehendēsq; abias pallīū suū nouū q̄ coo-
pt⁹ erat· scidit i duodecī ptes.⁊ ait ad hiero-
boā Tolle tibi decē scissuras. Dec.n. dīc dñs
de⁹ isrl. Ego scindā regnū de manu salomōis
⁊ dabo tibi decē trib⁹. Porro una trib⁹ rema-
nebit ei ꝓp̄ fuū meū dauid.⁊ irlm ciuitatē
quā elegi ex oib⁹ tribub⁹ isrl· eo q̄ dereliq̄rit
me ⁊ adorauerit astbarthen dēā sidoniox.⁊
chamos deū moab.⁊ moloch deū filioꝝ am-
mon.⁊ nō ābulauerit i vijs meis ut faceret iu-
stīciā coram me ⁊ p̄cepta mea ⁊ iudicia sicut
dauid p̄r ei⁹. Nec auferā de regnō de manu
ei⁹. ꝟ ducē ponā eū cunctis diebus vite sue. ꝓp̄
dauid fuū meū quē elegi. q̄ custodiuit man-
data mea ⁊ p̄cepta mea. Auferā aūt regnū de
mānu filij ei⁹ ⁊ dabo tibi decē trib⁹. filio aūt ei⁹

dabo tribũ vnã ut remaneat lucerna dauid
suo meo cunctis diebꝰ coꝛã me i ierl'm ciuitate
quã elegi ut eẽt nomẽ meũ ibi·te aũt assumã
& regnabis sup oĩa q̃ desiderat aĩa tua·eritq;
rex sup isrl'. Si igit audieris oĩa q̃ ꝓcepo tibi
& ãbulaueris i vijs meis.& feceris qꝺ rectũ ẽ
coꝛam me custodiẽs mandata mea & ꝓcepta
mea·sic fecit dauidꝑꝰ meꝰ·ero tecũ.& edifi-
cabo tibi domũ fidelẽ quõ edificaui dauid vo-
mum.& tradã tibi isrl'. & affligã semen dauid
sup hoc·verũtn nõ cunctis diebꝰ. Voluit g̃ salo-
mon inẽficẽ hieroboã. Qui surrexit & aufu-
git i egyptũ ad sesac regẽ egypti.& fuit in egy-
pto vsq; ad mortẽ salomonis. Reliquũ aut ẽ
ꝛbꝛꝭ salomõis & oĩa q̃ fecit & sapia eiꝰ: ecce
vnũsa scripta sũt i libꝛo·ꝛbꝛꝭ diez salomo-
nis. Dies aũt q̃s regnuit salomon in ierl'm sup
cũm isrl'·q̃draginta ãni sũt. Dormiuitq; salo-
mon cũ ꝑribꝰ suis.& sepultus ẽ in ciuitate da-
uid ꝑris sui·regnauitq; roboã filiꝰ eiꝰ.p eo. XII

Venit aũt roboã i siclẽ. Illuc eni cõ-
gregatꝰ erat oĩs ꝓplus isrl'ad constitu-
endũ eũ regẽ. At ꝯo hieroboã filiꝰ
nabath cũ adhũc eẽt i egypto ꝓfugꝰ a facie sa-
lomonis regis·audita morte eiꝰ reuersus ẽ ve
egypto. Miserũtq; & vocaucrũt eũ. Venit g̃
hieroboã & oĩs multitudo isrl'.& locuti sũt ad
roboã dicẽtes. Paꝛ tuus durissimũ iugũ im-
posuit nobis·tu itaq; nũc iminue paululũ de
impio ꝑris tui durissimo & de iugo g̃uissimo
qꝺ imposuit nobꝭ & seruiemꝰ tibi. Qui ait eis
Ite vsq; ad tertiũ diẽ & reũtimi ad me. Cũq;
abisset ꝓplus·inijt ꝓsiliũ rex roboã cũ seniori-
bus q̃ assistebãt coꝛã salomone ꝑre eiꝰ cũ adhũc
viuẽt.& ait eis. Qꝺ datis ꝓsiliũ ut rñdeã ꝓplo
Qui dixerũt ei: Si bodie obedieris ꝓplo huic
& fueris.& petitiõi eoꝝ cesseris·locutusq; fueris
ad eos ꝯba lenia·erunt tibi serui cũctis diebꝰ.
Qui dereliquit consiliũ senũ qꝺ dederãt ei.&
adhibuit adolescẽtes q̃ nutriti fuerãt cũ eo.
& assistebãt illi·dixitq; ad eos. Qꝺ mihi datis
ꝓsiliũ ut rñdeã ꝓplo huic·q̃ dixerũt mihi: le-
uius fac iugũ qꝺ ipsuit ꝑ tuus sup nos. Et
dixerũt ei iuuenes qui nutriti fuerant cũ eo.
Sic loq̃re ꝓplo huic q̃ locuti sũ ad te dicẽtes
Paꝛ tuꝰ aggrauauit iugũ nr̃m·tu releua nos.
Sic loq̃r ad eos. Minimꝰ digitꝰ meꝰ grossior
ẽ dorso ꝑris mei. Et nũc ꝑ meꝰ posuit sup vos
iugũ graue·ego aũt addam sup iugũ vr̃m.
Paꝛ meꝰ cecidit vos flagellis: ego aũt cedã
vos scorpionibꝰ. Venit g̃ hieroboã & oĩs ꝓplus
ad roboã die ẽtia sic locutꝰ fuerat rex dicẽs:
reũtimini ad me die tertia. Rñditq; rex ꝓplo
dura·derelicto ꝓsilio seniorũ qꝺ ei dederãt.&
locutꝰ ẽ eis ꝯm ꝓsiliũ iuuenũ dicẽs. Paꝛ meꝰ
aggrauauit iugũ vr̃m·ego aũt addã iugo vro.
Pater meꝰ cecidit vos flagellis·ego aũt cedã
vos scorpionibus. Et nõ acq̃euit rex ꝓplo·qm̃
auersatꝰ fuerat eũ dñs ut suscitaret ꝯbũ suũ
qꝺ locutꝰ fuerat i manu abie ꝓphete ad hie-
roboã filiũ nabath. Videns itaq; ꝓplus q̃ nolu-
isset eos audire rex·rñdit ei dicẽs. Que nob
ps i dauid·vel q̃ hereditas i filio isai? Vade in
tabnacula tua isrl'. Nũc vide domũ tuã da-
uid. Et abijt isrl'i tabernacula sua. Sup filios
aũt isrl'q; cunctis habitabãt i ciuitatibꝰ iuda re-
gnauit roboã. Misit g̃ rex roboã aduram q̃
erat sup tributa.& lapidauit eũ oĩs isrl'ael.&
mortuus est. Porro rex roboã festinꝰ ascẽdit
currũ.& fugit i ierl'm·recessitq; isrl'a domo da
uid vsq; i pñtẽ diẽ. Factũ est aũt cũ audisset
oĩs isrl'q; reũsus eẽt hieroboã·miserũt & vo-
caucrũt eũ ꝓgregato cetu.& ꝓstituerũt eũ re
gem sup cũm isrl'.nec secut ẽ q̃spiã domũ da-
uid ꝑter tribũ iuda solã. Venit autẽ roboam
ierl'm.& ꝓgregauit vniũsam domũ iuda & tri-
bum beniamin centũ octoginta milia electoꝝ
viroꝝ & bellatoꝝ ut pugnãret ꝯ domũ isrl'.& re-
ducerẽt regnũ roboã filio salomõis. Factꝰ ẽ
aũt ꝯmo dñi ad semeiã viꝝ dei dicẽs. Loq̃re
ad roboã filiũ salomonis regẽ iuda & ad cũm
domũ iuda & beniamin & reliq̃s de ꝓplo dicẽs
Hec dicit dñs. Nõ ascẽdetis nec bellabitis ꝯ fra
tres vros filios isrl'. Reũtat virũ domũ suã
A me.n.fcm ẽ ꝯbũ h̃. Audierũt ꝯmonẽ dñi
& reuersi sunt de itinere sicut eis ꝑcepat dñs.
Edificauit aũt hieroboã siclẽ i mõte effraim
& habitauit ibi. Et egressus inde edificauit pha
nuel. Dixitq; hieroboã in coꝛde suo. Nũc re-
uertet regnũ ad domũ dauid si ascenderit po-
pulꝰ iste ut faciat sacrificia i domo dñi i ierl'm
& auertet coꝛ ꝓplibus ad dñm suũ roboã re-
gẽ iuda·interficiẽtq; me & reũtent ad eũ. Et
excogitato ꝓsilio fecit duos vitulos aureos
& dixit eis. Nolite vltra ascẽdẽ i ierl'm. Ecce
dii tui isrl'q; te eduxerũt de tra egypti. Posu-
itq; vnũ i bethel & alterũ in dan.& fcm ẽ ꝯbũ
h̃ in pctm̃. Ibat.n. ꝓplus ad adorandũ vitulũ
vsq; in dan. Et fecit phana i excelsis & sacer-
dotes de extremis ꝓplis q̃ nõ erãt de filijs leui.

m

Cōstituitq; die solenne in mense octauo; q̄nta decima die mēsis i sollitudine solēnitatis q̄ cele brabat iuda. Et ascēdēs altare sic ē fecit i tē plo ut īmolaret vitulis q̄s fabricat⁹ fuerat. Cōstituitq; in templo sacerdotes excelsoꝝ q̄ fecerat. & ascēdit sup altare qđ extruxerat in templo q̄ntadecima die mēsis octaui quē fin xerat de corde suo. Et fecit solennitatē filijs isr̄l. & ascēdit sup altare ut adoleret incensū.

XIII

Et ecce vir dei venit de iuda in ꝓmone dñi i templo bierobōā stante sup altare & thus iaciente. Et exclamauit ꝛ altare i ꝓmone dñi. & ait: Altare altare. hec dicit dñs. Ecce filius nascet domui dauid iosias nole. & īmolabit sup te sacerdotes excelsoꝝ q̄ nūc i te thura succēdūt. & ossa hominū sup te incēdet. Deditq; in illa die signū dicēs: Hoc erit signū qđ locut⁹ ē dñs: Ecce altare scindet. & effūdet cinis q̄ in eo ē. Cūq; audisset rex ꝓmonē hois dei qnē iclamauerat ꝛ altare i templo extendit manū suā de altari dicēs: Apprehendite eū. Et exaruit man⁹ eius quā extenderat ꝛ eū: nec valuit retrahere eam ad se. Altare q̄q; scissū ē. & effusus ē cinis de altari: iuxta signū qđ pdixerat vir dei in sermone dñi. Et ait rex ad virū dei. Deprecare faciē dñi dei tui. & ora ꝓ me ut restituat mihi man⁹ mea. Orauit vir dei faciē dñi. & reuersa est manus regi ad eū. & facta ē sic ꝓri⁹ fuerat. Locut⁹ est aūt rex ad virū dei. Veni mecū domū ut prāndeas. & dabo tibi mūera. Rndit q; vir dei ad regē: Si dederis mihi medietatē tue dom⁹ tue nō veniā tecū: nec comedā panē nec bibā aquā in loco isto. Sic enī mandatū est mihi in sermone dñi ꝓcipiētis. Nō comedes panē nec bibes aquā: nec reuerteris p viā qua veniſti. Abijt q; p aliā viā. & nō est reuersus p iter q̄ venerat in templū. Propheta aūt quidā senex habitabat in templo ad quē venerūt filij sui. & narrauerūt ei oīa opa que fecerat vir dei illa die i templo. Et ꝓba que locut⁹ fuerat ad regē narrauerūt ꝓri suo. Et dixit eis p̄ eoꝝ. Per quā viā abijt? Viderūt ei filij sui viā q̄ abierat vir dei q̄ venerat de iuda. Et ait filijs suis. Sternite mihi asinū. Qui cū strauissent ascēdit & abijt p⁹ virū dei. & inuenit eū sedētē subt⁹ terebinthū. Et ait illi. Tu ne es vir dei q̄ veniſti de iuda? Rndit ille. Ego sū. Dixitq; ad eū: Veni mecū domū ut comedas panem. Qui ait. Nō possū reuerti nec venire tecū: nec comedā panē nec bibā aquā in loco isto: dix locut⁹ ē dñs ad me i ꝓmōe dñi dicēs: Nō comedes panē & nō bibes aquā ibi: nec reuerteris p viā q̄ ieris. Qui ait illi. Et ego ꝓpheta sum sicut tu. & angel⁹ locut⁹ ē mihi i ꝓmōe dñi dicēs Reduc eū tecū i domū tuā ut comedat panē & bibat aquā. Fefellit eū & reduxit secū. Comedit q̄ panē i domo ei⁹ & bibit aquā. Cūq; sederēt ad mensā: factū ē ꝓmo dñi ad ꝓpheta q̄ reduxerat eū. Et exclamauit ad virū dei q̄ venerat de iuda dicēs. Hec dicit dñs. Quia nō obediēs fuisti ori dñi. & nō custodisti mādatū qđ ꝑcepit tibi dñs de⁹ tu⁹. & reuersus es & comedisti panē & bibisti aquā i loco i q̄ ꝑcepit tibi ne comederes panē nec bibēs aquā: nō inferet cadauer tuū i sepulchro patrū tuoꝝ Cūq; comedisset & bibisset strauit asinū suū ꝓpheta quē reduxerat. Qui cū abisset inuenit eū leo i via. & occidit. & erat cadauer ei⁹ ꝓiectū i itinere. Asin⁹ aūt stabat iuxta illū. & leo stabat iuxta cadauer. Et ecce viri trānseūtes viderūt cadauer ꝓiectū i via. & leonē stantē iuxta cadauer. Et venerūt & diuulgauerūt i ciuitatē in q̄ ꝓpheta ille senex habitabat. Qđ cū audisset ꝓpha ille q̄ reduxerat eū de via. ait: Vir dei est q̄ inobediens fuit ori dñi. & tradidit eū dñs leoni & ꝓfregit eū. & occidit iuxta ꝓba dñi qđ locut⁹ ē ei. Dixitq; ad filios suos. Sternite mihi asinū. Qui cū strauissent & ille abisset inuenit cadauer ei⁹ ꝓiectū in via. & asinū & leonē stantes iuxta cadauer. Nō comedit leo de cadauere nec lesit asinū. Tulit q̄ ꝓpheta cadauer viri dei. & posuit illud sup asinū & reuersus intulit i ciuitatē ꝓpheta senis ut plangerēt eū. & posuit cadauer ei⁹ i sepulchro suo. Et plāxerūt eū: heu heu mi frāt. Cūq; planxissent eū: dixit ad filios suos. Cū mortu⁹ fuero sepelite me i sepulchro in q̄ vir dei sepult⁹ ē iuxta ossa ei⁹ ponite ossa mea. Profecto. n. veniet sermo quē pdixit i sermone dñi ꝛ altare qđ ē in templo. & ꝛ oīa phana excelsoꝝ q̄ sūt in vrbib⁹ samarie. Post ꝓba lē nō ē reuersus bierobōā de via sua pessima: sed ecōtrario fecit de nouissimis ꝓphis sacerdotes excelsoꝝ. Qui cūq; volebat iplebat manū suā. & fiebat sacerdos excelsoꝝ. Et ꝓpt̄ hāc cām peccauit dom⁹ bierobōā & euersa est & deleta de superficie terre.

XIIII

In tpe illo egrotauit abia filius bieroboam. Dixitq; bierobōā vxori sue Surge & cōmuta habitū ne cogñscar q̄

sis vxor hieroboā: ⁊ vade i sylo vbi ē abias ꝓphā q̄ locut⁹ ē mihi ꝙ regnatur⁹ essem sup ꝑplm hūc. Tolle ꝯ i manu tua xxē panes ⁊ crustulā ⁊ vas mellis. ⁊ vade ad illū. Ipse n. indicabit tibi q̄d euēturꝰ sit puero huic. Fecit ut dixerat vxor hieroboā. ⁊ ꝓsurgēs abijt i sylo. ⁊ venit i domū abie. At ille nō poterat videre. q̄a caligauerāt oculi ei⁹ ꝓ senectute. Dixit aūt dñs ad abiam: Ecce vxor hieroboam ingredit ut cōsulat te sup filio suo q̄ egrotat. hec ⁊ hꝫ loq̄r ei. Cū ḡ illa itraret ⁊ dissimularet se eē q̄ erat. audiuit abias sonitū pedū ei⁹ introeuntꝭ p ostiū ⁊ ait. Ingredē vxor hieroboā. Quare aliā te eē simulas? Ego āt missus sū ad te dur⁹ nūci⁹. Vade ⁊ dic hieroboā. hec dic dñs xp⁹ isrl. Quia exaltaui te de medio ꝓpli ⁊ xdi te ducē sup ꝑplm meū isrl. ⁊ scidi regnū dom⁹ dauid ⁊ xdi illud tibi ⁊ nō fuisti sic ꝑu⁹ me⁹ dauid q̄ custodiuit mādata mea. ⁊ secut⁹ est me i toto corde suo faciēs q̄d placitū eēt i ꝓspectu meo: ⁊ opat⁹ es male sup ēs q̄ fuerunt añ te. ⁊ fecisti tibi deos alienos ⁊ ꝓflatiles ut me ad iracundiā puocares: me aūt ꝓiecisti p⁹ corp⁹ tuū. Idcirco ecce ego inducā mala sup domū hieroboā. ⁊ pcutiā de hieroboā mingētē ad pietē ⁊ clausū ⁊ nouissimū i isrl. ⁊ mūdabo reliq̄as dom⁹ hieroboā sicut mūdari solet fim⁹ vsq̄ ad purū. Qui mortui fuerit de hieroboā i ciuitate. comedēt eos canes: q̄ āt mortui fuerit i agro vorabunt eos aues celi: q̄a dñs locut⁹ ē. Tu igit surge ⁊ vade i domū tuā. ⁊ in ipso itroitu pedū tuoꝝ i vrbē morietꝰ puer: ⁊ planget eū oīs isrl ⁊ sepelient. Iste. n. solꝰ inferet de hieroboā in sepulchꝝ. q̄a inuent⁹ ē sup eo sermo bon⁹ a dño de dom hieroboā. Constituet aūt sibi dñs regē sup isrl q̄ pcutiet domū hieroboā i hac die ⁊ hꝫ tpe. ⁊ pcutiet dñs de isrl sicut moueri solet arundo i aqua. Et euellet isrl de tra bona hac quā dedit ꝓib⁹ eoꝝ ⁊ ventilabit eos trā flumen q̄a fecerūt sibi lucos ut iritarēt dñm. Et tradet dñs de isrl ꝓpter peccata hieroboā qui peccauit ⁊ peccare fecit isrl. Surrexit itaq̄ vxor hieroboā ⁊ abijt ⁊ venit in thersa. Cūq̄ illa ingrederet limen dom⁹. puer mortu⁹ ē. ⁊ sepelierūt eū. ⁊ planxit eū oīs isrl iux ꝓmonē dñi quē locut⁹ ē in manu ꝓphe sui abie ꝓphē. Reli qua aūt ꝥbꝝ hieroboā quō pugnauerit ⁊ quō regnauerit: ecce scripta sūt in lib⁹ ꝥborꝝ dierū regū isrl. Dies aūt q̄b⁹ regnauit hieroboā. viginti duo anni sūt. Et dormiuit hieroboā cū ꝓribus suis. regnauitq̄ nadab filius ei⁹ ꝓ eo. Anno roboā filio salomōis regnante i iuda. Quadraginta ⁊ vno⁹ ānis erat roboā cū regnare cepisset: decem ⁊ septē ānis regnauit i irlm ciuitate quā elegit dñs ut ponēt nomē suū ibi ex oib⁹ tribub⁹ isrl. Nomen aūt matris ei⁹ naama amanites. Et fecit iudas malū coram dño: ⁊ irritauerūt eū sup oib⁹ q̄ fecerāt ꝓres eoꝝ i pctis suis q̄ peccauerūt. Edificauerūt enī ⁊ ipsi sibi aras ⁊ statuas ⁊ lucos sup oēm collē excelsū. ⁊ subē oēm arborē frondosam: ⁊ effeminati fuerūt i tra. fecerūtq̄ ōes abhoīnatiōes gentiū q̄s attriuit dñs añ faciē filioꝝ isrl. In ānto aūt āno regni roboā ascēdit sesac rex egypti i irlm: ⁊ tulit thesauros dom⁹ dñi ⁊ thesauros regios ⁊ vniuersa diripuit: scuta q̄q̄ aurea q̄ fecerat salomon ꝓ q̄b⁹ fecit rex roboā scuta erea. ⁊ tradidit ea i mānu ducū scutarioꝝ ⁊ eoꝝ q̄ excubabāt añ ostiū domus regi. Cūq̄ ingrederet rex in domū dñi portabāt ea q̄ ꝓpendi habebāt officiū. ⁊ p⁹ ea reportabāt ad armamētariū scutarioꝝ. Reliqua aūt ꝓmonū roboā ⁊ oīa q̄ fecit: ecce scripta sūt i lib⁹ ꝓmonū dieꝝ regū iuda. Fuitq̄ bellū inē roboā ⁊ hieroboā cūctis diebꝫ. Dormiuitq̄ roboā cū ꝓribus suis. ⁊ sepult⁹ est cū eis i ciuitate dauid. Nomē āt mris ei⁹ naama amanites. Et regnauit abia filius ei⁹ ꝓ eo.

Anno octauodecio āno regni hieroboā filij nabath. regnauit abia sup iudā. Trib⁹ ānis regnauit i irlm. Nomē mris ei⁹ maacha filia absalon: ābulauitq̄ i oib⁹ pctis ꝓris sui q̄ fecerat añ eū. nec erat cor eius pfectū cū dño deo suo sicut cor dauid ꝓris ei⁹. Sz ꝓpter dauid dedit ei dñs deus su⁹ luceruā i irlm ut suscitaret filiū ei⁹ p⁹ eū ⁊ staret i irlm: eo q̄ fecisset dauid rectum in oculis dñi. ⁊ nō recessisset ab oib⁹ q̄ ꝑcepat ei cunctis diebus vite sue: excepto sermone vrie ethei. Attū bellū fuit inē abiam ⁊ hieroboā oīb⁹ dieꝝ vite ei⁹. Reliq̄ aūt sermonū abie ⁊ oīa que fecit: nōne hꝫ scripta sūt in libro ꝥborꝝ dieꝝ regū iuda? Fuitq̄ ꝑlū inē abiam ⁊ inē hieroboā. Et dormiuit abia cū patrib⁹ suis. ⁊ sepelierūt eū i ciuitate dauid: regnauitq̄ asa filius ei⁹ ꝓ eo. In āno q̄ vicesimo hie roboā regis isrl. regnauit asa rex iuda. ⁊ quadraginta ⁊ vno āno regnauit in irlm. Nomē

matris ei⁹ maacha filia absolon. ⁊ fecit asa
rectū añ conspectū dñi sicut dauid pat ei⁹. ⁊
abstulit effeminatos de tra. purgauitq; vni-
uersas sordes idoloꝝ q̄ fecerāt pres ei⁹. In-
sup ⁊ maachā matrē suā amouit ne esset
pnceps i sacris priapi. ⁊ i loco ei⁹ quē conse-
crauerat: subuertitq; spēcū eius ⁊ confregit
simulacrū turpissimū. ⁊ combussit i torrēte
cedron. Excelsa aūt nō abstulit. Verūtñ cor
asa pfectū erat cū dño oēs suo cūctis diebus
suis. ⁊ intulit ea q̄ scificauerat pr̄ su⁹ ⁊ voue-
rat i domū dñi argētū ⁊ auꝝ ⁊ vasa. Bellū
aūt erat inē asa ⁊ baasa regē isrl cūctis dieb⁹
eoꝝ. Ascēdit q̄q; baasa rex isrl i iudā ⁊ edifi-
cauit rama ut nō posset q̄spiā egredi uel ingre-
di de pte asa regis iude. Tollēs itaq; asa oē ar
gentū ⁊ aurū qđ remānerat i thesaurīs domus
dñi. ⁊ i thesaurīs dom⁹ regie dedit illud in ma-
nus suoꝝ. ⁊ misit ad benadab filium ta-
brēmon filij ezion regē syrie q̄ habitabat in da-
masco dicēs: Fedus ē inē me ⁊ te ⁊ inē patrē
meū ⁊ patrē tuū: ecce misi tibi munera argen-
tū ⁊ aurū. ⁊ pro ut venias ⁊ irritū facias fe
dus qđ hēs cū baasa rege isrl. ⁊ recedat a me
Audiensq; benadab regi asa misit pncipes ex-
ercit⁹ sui i ciuitates isrl. ⁊ pcussērūt ahion ⁊
dan ⁊ abel domū maacha ⁊ vniuersam cene-
roth. cūm. s. tra neptali. Quo cū audisset baa-
sa: inē misit edificare rama: ⁊ reuersus est in
thersa. Rex aūt asa nūciū misit in cūctā iudā
dicēs: Nemo sit excusatus. Et tulerūt lapi-
des de rama ⁊ ligna eⁱ⁹ qb⁹ edificauerat baa
sa. ⁊ extruxit de eis rex asa gabaa beniamī ⁊
maspha. Reliq̄ aūt operis pmonū asa ⁊ vnūs
quisq; fortitudines ei⁹ ⁊ cūcta q̄ fecit ⁊ ciuitates
q̄s extruxit: nōne hec scripta sūt in libro verbo⁹
dieꝝ regū iuda? Verūtñ in tpe senectutis sue
doluit pedes. ⁊ dormiuit cum pr̄ib⁹ suis. ⁊ se-
pult⁹ ē cū eis in ciuitate dauid patris sui. regnauitq; iosaphat filius ei⁹ p eo. Nadab vero fi
lius bieroboā regnauit sup isrl anno secundo asa
regis iuda: regnauitq; sup isrl duob⁹ annis. ⁊ fe-
cit qđ malū ē in cōspectu dñi. ⁊ ābulauit i vijs
pr̄is sui ⁊ in pctis ei⁹ qb⁹ peccare fecit israhel
Insidiat⁹ ē aūt ei baasa filius abie de domo ysa
char: ⁊ pcussit eū in gebbethon q̄ ē vrbs philis
thinoꝝ. Habebat enim nadab ⁊ omnis isrl obsidebant
gebbethon. Interfecit q̄ illum baasa i āno tertio
asa regis iuda. ⁊ regnauit p eo. Cūq; regnasset p
cussit cūctam domum bieroboā. Nō dimisit nec
vnā qdē aiam de semie ei⁹ donec deleret eū.
iux̄ vbū dñi qđ locut⁹ fuerat i manu fui serui
abie sylonitis. pr̄ pctā bierobōā q̄ peccauer-
rat ⁊ qb⁹ peccare fecerat isrl. ⁊ pr̄ delictū q̄
irritauerat dñm deū isrl. Reliq̄ aūt sermonū
nadab ⁊ oīa q̄ operat⁹ ē: nōne hec scripta sūt i li-
bro verboꝝ dieꝝ regū isrl: Fuitq; bellū inē asa
⁊ baasa regē isrl cūctis diebus eoꝝ. Anno tertio
asa regis iuda regnauit baasa filius abie sup oēm
isrl in thersa viginti quatuor annis. ⁊ fecit malū
coram dño. ābulauitq; i vijs bierobōā ⁊ i pec-
catis ei⁹ qb⁹ peccare fecit isrl.

XVI

Factū ē aūt sermo dñi ad iehu filiū ana-
ni p baasa dicēs: Pro eo q̄ exaltaui
te de pulue ⁊ posui te ducē sup populum
meū isrl: tu aūt ābulasti in via bieroboam. ⁊
peccare fecisti populum meū isrl ut me irritares
i pctis eoꝝ: ecce ego demetā posteriora baasa
⁊ posteriora dom⁹ ei⁹: ⁊ faciā domū tuā sicut
domū bieroboam filij nabath. Qui mortu⁹
fuerit de baasa i ciuitate comedēt eū canes. ⁊
q̄ mortu⁹ fuerit ex eo i regiōe. comedēt eū vo
lucres celi. Reliq̄ aūt sermonū baasa ⁊ q̄cūq;
fecit ⁊ fortia ei⁹: nōne hec scripta sūt in li. verboꝝ
dieꝝ regū isrl? Dormiuit q̄ baasa cū patrib⁹
suis: sepultusq; ē i thersa. ⁊ regnauit hela filius
ei⁹ p eo. Cū aūt i manu iehu filij anani. pr̄be
vbū dñi factū esset q̄ baasa ⁊ q̄ domū ei⁹. ⁊ q̄
cūctis malis qđ fecerat coram dño ad irritādū eū
in operibus manuū suaꝝ ut fieret sicut dom⁹ bie
roboā: ob hāc cām occidit eū. ⁊ est iehu filius
anani. pr̄bam. Anno vicesimo sexto asa regis
iuda regnauit hela filius baasa sup isrl i thersa
duob⁹ annis. ⁊ retellauit q̄ eū hemri su⁹ curruū
dux medie partis equitū. Erat aūt hela i thersa bi-
bēs ⁊ temulēt⁹ i domo arsa pfecti thersa. Ir-
ruēs q̄q; zambri percussit ⁊ occidit eū anno vicesi
moseptimo asa regis iuda. ⁊ regnauit p eo. Cūq;
regnasset ⁊ sedisset sup solium ei⁹. percussit oēm do
mū baasa. ⁊ nō dereliq̄t ex ea mingētē ad pa-
rietē ⁊ propinquos ⁊ amicos ei⁹. Deleuitq; zambri
cūctam domū baasa iux̄ vbū dñi qđ locut⁹ fue-
rat ad baasa i manu iehu. pr̄be. pr̄ omnia pec-
cata baasa ⁊ peccata hela filij ei⁹ q̄ peccauerūt ⁊
peccare fecerūt isrl. puocātes dñm deū isrl
i vanitatib⁹ suis. Reliq̄ aūt sermonū hela ⁊ oīa
q̄ fecit: nōne hec scripta sūt i lib⁹ verboꝝ dieꝝ re-
gū isrl? Anno vicesimo septimo asa regis iuda
regnauit zambri septē dieb⁹ i thersa. Porro exer-
citus oblidebat gebbethon vrbē philistinoꝝ.

Cūq audisset rebellasse cābri ⁊ occidisse regē: fecit sibi regē ois isrl amri q erat pnceps militie sup isrl in die illa i castris. Ascēdit g amri ⁊ ois isrl cū eo te gebrthō ⁊ obsidebāt thersa. Vidēs aūt cābri q expugnāda eēt ciuitas ingressus ē palatiū. ⁊ succēdit se cū domo regia, ⁊ mortuꝰ ē in pctis suis q peccauerat faciēs malū coꝝ dño. ⁊ ābulās i via hieroboā. ⁊ in pctō eiꝰ q fecit peccare isrl. Reliq aūt ꝓmonū cābri ⁊ insidiaꝝ eiꝰ ⁊ tyrānidis: nōne hꝫ scripta sūt i libro ꝟboꝝ dierꝫ regū isrl? Cūc diuisus ē ppls isrl in duas ptes. Media ps ppli seqbat thebni filiū ginethi: vt constituere eum regē. ⁊ media pars amri. Preualuit aūt ppls q erat cū amri ppło q seqbat thebni filium ginethi: mortuusq ē thebni ⁊ regnauit amri. Anno tricesimo nono regi iuda regnauit amri sup isrl duodecī ānis. In thersa regnauit sex annis: emitq montē samarie a somer duob talentis argēti ⁊ edificauit eū. ⁊ vocauit nomen ciuitatꝫ quā extruxerat nole somer dñi montis samariā. Fecit aūt amri malū i ospectu dñi ⁊ opatꝰ est nequiꝰ sup cēs q fuerūt añ eū. Ambulauitq i oi via hieroboā filij nabath ⁊ i pctis eiꝰ qbꝰ peccare fecerat isrl: ut irritaret dñm deū isrl i vanitatibꝰ suis. Reliq aūt ꝓmonū amri ⁊ ꝓlia eiꝰ q gessit: nōne hꝫ scripta sūt in libro ꝟborꝝ dierꝫ regum isrl? Dormiuitq amri cū pribꝰ suis: ⁊ sepultꝰ est i samaria: regnauitq achab filius eiꝰ ꝓ eo. Achab ꝟo filiꝰ amri regnauit sup isrl anno tricesimo octauo asa regi iuda. Et regnauit achab filiꝰ amri sup isrl in samaria viginti ⁊ duobꝰ ānis. Et fecit achab filiꝰ amri malū in ospectu dñi sup cēs q fuerūt añ eū. Nec sufficit ei ut ambularet i pctis hieroboā filij nabath: insup duxit vxorē iezabel filiā methbaal regis sidoniorꝝ. Et abijt ⁊ seruiuit baal. ⁊ adorauit eum. ⁊ posuit arā baal in tēplo baal qđ edificauerat in samaria. ⁊ plantauit lucum. Et addidit achab i opere suo irritās dñm deū isrl sup cēs reges isrl q fuerūt añ eū. In diebus eiꝰ edificauit abiel de bethel hiericho. In abiram primitiuo suo fundauit eū. ⁊ in segub nouissimo suo posuit portas eiꝰ iuxta ꝟbū dñi quod locutus fuerat in manu iosue filij nun.

IT dixit helias thesbites XVII de habitatoribus galaad ad achab. Viuit dñs deꝰ isrl in cuiꝰ ospectu sto si erit annis his ros ⁊ pluuia nisi iuxta oris mei ꝟba. Et factū ē ꝟbū dñi ad eū dicēs: Recede hinc ⁊ vade ꝓ orientē. ⁊ absconde in torrente carith q ē ꝓ iordanē. ⁊ bibes de torrente: corueisq pcepi ut pascāt te ibi. Abijt g ⁊ fecit iuxta ꝟbū dñi. Cūq abisset sedit i torrente carith qui ē ꝓ iordanē. Corui q̄ deferebāt ei panē ⁊ carnes mane: similiter panē ⁊ carnes vespere. ⁊ bibebāt de torrente. Post dies autē aliquot siccat ē torrēs: nō enī pluerat sup ērā. Factꝰ ē g ꝟbm dñi ad eū dicēs: Surge ⁊ vade in sareptā sidoniorꝝ. ⁊ manebis ibi. Precepi enī ibi mulieri vidue ut pascat te. Surrexit ⁊ abijt in sareptā sidoniorꝝ. Cumq veniset ad portā ciuitatꝫ apparuit ei mulier vidua colligens ligna. ⁊ vocauit eam: dixitq ei: Da mihi paululū aq i vase ut bibā. Cūq illa pgēt ut afferret: clamauit post tergū eiꝰ dicēs: Affer mihi obsecro ⁊ buccellā panis in manu tua. Que rndit: Viuit dñs deꝰ tuus: q̄a nō habeo panē nisi quātū pugillꝰ cape pōt farine in hydria ⁊ paululū olei i lechito. Ēn colligo duo ligna ut ingrediar ⁊ faciam illud mihi ⁊ filio meo ut comedam⁹ ⁊ moriamur. Ad quā helias ait: Noli timē: ⁊ vade ⁊ fac sicut dixisti. Verūtn mihi ꝓmū fac de ipa farinula subcinericiū panē paruulū. ⁊ affer ad me: tibi autē ⁊ filio tuo facies postea. Hec aūt dic dñs deꝰ isrl. Hydria farine nō deficiet: nec lechitꝰ olei minuet vsq in diē in q̄ dñs daturꝰ est pluuiā sup faciē ēre. Que abijt. ⁊ fecit iuxta ꝟbū helie. Et comedit ipse ⁊ illa ⁊ dom eiꝰ. ⁊ ex illa die hydria farine nō defecit. ⁊ lechitꝰ olei nō est imminutus iuxta ꝟbū dñi qđ locutꝰ fuerat in manu helie. Factū ē aūt p ꝟba hec egrotauit filiꝰ mulieris matrisfamilias. ⁊ erat lāguor fortissimꝰ ita ut nō remaneret i eo halitꝰ. Dixit g ad heliam: Quid mihi ⁊ tibi vir dei? Ingressus es ad me ut rememorarent iniquitates mee. ⁊ interficeres filiū meū. Et ait ad eā helias. Da mihi filiū tuū. Tulitq eū de sinu eius ⁊ portauit i cenaculū vbi ipe manebat. ⁊ posuit sup lectulū suū. ⁊ clamauit ad dñm. ⁊ dixit: Dne deus meꝰ etiā ne viduā apud quā ego utcūq sustentor afflixisti ut interficeres filiū eiꝰ? Et expādit se atq mēsus ē sup puerꝫ tribus vicibꝰ. ⁊ clamauit ad dñm ⁊ ait: Dne deus meꝰ reuertat obsecro aīa pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit dñs vocem helie. ⁊ reuersa est aīa pueri intra eū. ⁊ reuixit. Tulitq helias puerꝫ ⁊ deposuit eum de cenaculo

in inferiorē romū ⁊ tradidit matri sue. ⁊ ait illi. Ēn viuit filⁱ tu⁹. Dixitq; mulier ad helīā Nunc in isto cognoui qm̄ vir dei es tu. ⁊ verbum dn̄i in ore tuo verum est. ℣ XVIII

Post dies multos factū est ꝟbū dn̄i ad helīā in anno tertio dicēs: Vade ⁊ ostende te achab ut det pluuiā super faciē terre. Iuit g̃ helias ut ostenderet se achab. Erat aūt fames valēs in samaria. Vocauitq; achab abdiā dispēsatorē dom⁹ sue. Abdias aūt timebat dn̄m ualde. Nā cū interficeret iezabel ꝓphetas dn̄i tulit ille centū ꝓphetas ⁊ abscōdit eos q̄nq̄genos ⁊ q̄nq̄genos i spelūcis. ⁊ pauit eos pane ⁊ aq̄. Dixit g̃ achab ad abdiā. Vade i terrā ad vniuersos fontes aq̄rū. ⁊ i cūctas valles. si forte possim⁹ inuenire herbā ⁊ saluare eq̄s ⁊ mulos ⁊ nō perim⁹ iumēta intereāt. Diuiserūt q; sibi regiones ut ei cuiret eas. Achab ibat p viā vnā. ⁊ abdias p viā alterā seorsum. Cūq; eēt abdias i via. helias occurrit ei. Qui cū cognouisset eū cecidit sup faciē suā ⁊ ait. Nū tu es dn̄e mi helias? Qui ille rndit: Ego. Et dixit: Vade. ⁊ dic dn̄o tuo: Adest helias. Et ille. qd̄ peccaui inquit qm̄ trades me fm̄ tuū i manu achab ut interficiat me? Viuit dn̄s de⁹ tuus; quia nō ē gens aut regnū in q̄ nō miserit dn̄s me te requirēs. Et rndentib⁹ cūctis nō ē h; adiurauit regna singula ⁊ gētes eo q; nūne reperi Et nūc dicis mihi: vade ⁊ dic dn̄o tuo. adest helias? Cūq; recessero a te. spūs dn̄i asportabit te i locū quē ego ignoro. ⁊ ingressus nūciabo achab. ⁊ nō inueniēs te interficiet me. Seru⁹ aūt tuus timet dn̄m ab infantia sua. Nūqd̄ nō indicatū ē tibi dn̄o meo qd̄ fecerim cū interficeret iezabel ꝓphetas dn̄i q; abscōderim de ꝓphetis dn̄i centū viros q̄nq̄genos ⁊ q̄nq̄genos i spelunc̄ ⁊ pauerim eos pane ⁊ aq̄? Et nūc tu dicis vade ⁊ dic dn̄o tuo. adest helias ut interficiat me? Et dixit helias. Viuit dn̄s exercituū cui⁹ vultū sto. hodie apparebo ei. Abijt g̃ abdias i occursū achab ⁊ indicauit ei. Venitq; achab i occursum helie. ⁊ cū vidisset eū ait: Tu ne es ille q̄ perturbas isr̄l? Et ille ait Nō ego turbaui isr̄l. sed tu ⁊ dom⁹ patris tui qui derelictis mādatis dn̄i ⁊ secuti estis baalim Verūtn̄ nūc mitte ⁊ congrega ad me vniuersum isr̄l. i mōte carmeli ⁊ ꝓphetas baal q̄dringētos q̄nq̄ginta. ꝓphetas lucoꝝ q̄dringentos q̄ comedūt de mensa iezabel. Misit achab ad cūctos filios isr̄l ⁊ congregauit ꝓphetas i mōte carmeli Accedens aūt helias ad cūctum populū isr̄l ait. Usq; q̄ claudicatis i duas partes? Si dn̄s ē de⁹ sequimini eū: si autē baal sequimini illū. Et nō rndit ei pl's ꝟbū. Et ait rursus helias ad pl'm. Ego remansi ꝓphēta dn̄i solus. ꝓphetę aūt baal q̄dringenti q̄nq̄ginta. ꝓpheq; lucoꝝ q̄dringenti viri sūt Dent nobis duo boues. ⁊ illi eligant sibi bouē vnū. ⁊ i frusta cedētes ponāt sup ligna. ignē aūt nō supponāt. Et ego faciā bouē alterū. ⁊ ponā sup ligna. ignē aūt nō supponā. Invocate noīa deoꝝ vestroꝝ. ⁊ ego invocabo nomē dn̄i mei. ⁊ de⁹ q̄ exaudierit p ignē ipse sit de⁹. Rndens oīs pl's ait: Optima ꝓpositio quā locutus ē helias. Dixit g̃ helias ꝓphis baal. Eligite vobis bouē vnū ⁊ facite primi. qa vos plures estis. ⁊ invocate nomia deoꝝ vestroꝝ. ignēq; nō supponatis. Qui cū tulissent bouē quē dederat eis: fecerūt. ⁊ invocabāt nomē baal de mane vsq; ad meridiē dicentes. Baal exaudi nos. Et nō erat vox. nec q̄ rndēt. Et insiliebāt q; altare qd̄ fecerāt. Cūq; eēt iā meridies. illudebat illis helias dicens: Clamate voce maiore deus enī est ⁊ forsitan loquit̄. aut i diuersorio ē. aut i itinere. aut certe dormit ut excitet. Clamabāt g̃ voce magna. ⁊ incidebāt se iuxta ritū suū cultri ⁊ lancеolis donec perfunderet sanguis. Postq; aūt trānsijt meridies. ⁊ illis ꝓphantibus venerat tps q̄ sacrificiū offerri solet. nec audiebat vox. nec aliqs rndebat nec attendebat orantes: dixit helias oi pl'o. Venite ad me. Et accessēre ad se pl'o. curauit altare dn̄i qd̄ destructū fuerat. ⁊ tulit duodecim lapides iuxta numerū tribuū filioꝝ iacob ad quē factus ē sermo dn̄i dicēs: isr̄l erit nomē tuū. ⁊ edificauit de lapidib⁹ altare i noīe dn̄i. Fecitq; aq̄ductū q̄si per duas aratiūculas in circuitu altaris. ⁊ cōposuit ligna. diuisitq; per membra bouē. ⁊ posuit sup ligna ⁊ ait. Implete q̄tuor hydrias aq̄. ⁊ fundite sup holocaustū ⁊ sup ligna. Rursūq; dixit: Etiā secūdo hoc facite. Qui cū fecissent secūdo. ait: Etiam tertio idipsū facite. Fecerūt q; etio ⁊ currebant aq̄ circū altare ⁊ fossa aq̄ductus repleta ē. Cūq; iā tps eēt ut offerret holocaustū. accessit helias ꝓpha ait: dn̄e de⁹ abrahā ⁊ isaac ⁊ isr̄l ostende hodie qa tu es de⁹ isr̄l ⁊ ego seru⁹ tu⁹ ⁊ iuxta preceptū tuū feci oīa ꝟba hec. Exaudi me dn̄e exaudi me ut discat ꝓplus iste: qa tu es dn̄s de⁹. ⁊ tu conuertisti cor eorum retro. Cecidit

aūt ignis dñi ⁊ vorauit holocaustū ⁊ lig̃ ⁊ lapides: puluerē ꝯ ⁊ aquā q̃ erat in aq̃ductu lambēs. Hō cū vidisset ois ꝑplus cecidit in facie suā. ⁊ ait: Dñs ipse ē ve. dñs ipse ē ve. Dixitq; helias ad eos: Apprehendite ꝓphas baal ⁊ ne vn⁹ q̃dē effugiat ex eis. Quos cū apphendissent duxit eos helias ad torrentem cyson: ⁊ interfecit eos ibi. Et ait helias ad achab. Ascēde comede ⁊ bibe. qa son⁹ multe pluuie ē. Ascēdit achab ut comedēt ⁊ bibēt. helias aūt ascēdit ī ỹticē carmeli. ⁊ pn⁹ i trā posuit faciem suā inter genua sua: ⁊ dixit ad puer suū: Ascēde ⁊ ꝓspice ꝫ mare. Qui cū ascēdisset ⁊ cōtēplat⁹ eēt. ait: Hō ē q̃q̃. Et rursū ait illi. Reuertē septēvicib⁹. In septia aūt vice ecce nubecula pua q̃si vestigiū vois ascendebat de mari. Qui ait. Ascēde. ⁊ dic achab. Junge currū tuū ⁊ descēde ne occupet te pluuia. Cūq; se ỹteret buc atq; illuc ecce celi ꝛ tenebrati sūt ⁊ nubes ⁊ vent⁹. ⁊ facta ē pluuia grādis. Ascēdēs itaq; achab abijt in iezrahel. ⁊ man⁹ dñi facta ē sup helīā accinctisq; lumbis currebat añ achab vsq; ad veniret in iezrahel.

XIX

Nunciauit aūt achab iezabel oīa q̃ fecerat helias. ⁊ quō occidisset vniuersos ꝓphas baal gladio. Misitq; iezabel nūciū ad heliā dicēs: Hec mihi faciāt dij ⁊ hec addant: nisi hac hora cras ponuero aiam tuā sicut aiam vni⁹ ex illis. Timuit g̃ helias ⁊ surgēs abijt q̃cūq; eū ferebat uolūtas. venitq; in bersabee iuda: ⁊ dimisit ibi puerū suū ⁊ ꝓgressus ē i desertū viā vni⁹ diei. Cūq; venisset ⁊ sederet subē vnā iuniperū. petiuit aie sue ut moreret. Et ait: Sufficit mihi dñe. tolle aiam meam. Neq; n. melior sū ꝫ pres mei. Projecitq; se ⁊ obdormiuit ī vmbra iuniperi. Et ecce āgel⁹ dñi tetigit eū. ⁊ dixit illi. Surge comede. Respexit. ⁊ ecce ad caput suū subcinericij panis ⁊ vas aq̃. Comedit g̃ ⁊ bibit ⁊ rursū obdormiuit. Reuersusq; ē angel⁹ dñi secundo. ⁊ tetigit eū. dixitq; illi. Surge comede. Grādis. n. tibi restat via. Qui cū surrexisset. comedit ⁊ bibit. ⁊ ābulauit ī fortitudine cibi illi⁹ q̃dragīta dieb⁹ ⁊ quadraginta noctib⁹ vsq; ad mōtē dei oreb. Cumq; venisset illuc. mānsit ī spelūca. Et ecce ſmo dñi ad eū. dixitq; illi: Quid hic agis helia? At ille rndit. Zelo zelat⁹ sū. p dño deo exercituū: qa reliquerūt pactū tuū filij isrl. Altaria tua destruxerūt ⁊ ꝓphas tuos occiderūt gladio ⁊ derelict⁹ sū ego sol⁹. ⁊ q̃rūt aiam meam ut auferāt eā. Et ait ei. Egredē ⁊ sta ī mōte cora dño. Et ecce dñs trāsijt. ⁊ spūs grādis ⁊ fortis: subuertēs montes ⁊ conterens petras añ dñm. Nō i spū dñs. Et p⁹ spūm cōmotio. Nō i cōmotiōe dñs. Et p⁹ cōmotionē ignis. Nō i igne dñs. Et p⁹ ignē sibil⁹ aure tenuis. Hō cū audisset helias oquit vultū suū pallio: ⁊ egressus stetit in ostio spelūce: ⁊ ecce vox ad eū dicēs: Quid hic agis helia? Et ille rndit Zelo zelat⁹ sū ꝓ dño deo exercituū: qa dereliq̃rūt pactū tuū filij isrl. Altaria tua destruxerūt. ⁊ ꝓphas tuos occiderūt gladio. ⁊ derelict⁹ sū ego sol⁹. ⁊ q̃rūt aiam meā ut auferant eā. Et ait dñs ad eū: Vade ⁊ reuertere i viā tuā p desertū i damascū. Cūq; pueneris illuc. vnges asahel regem super syriā: ⁊ iehu filiū namsi vnges regē sup isrl: heliseū āt filiū saphat q̃ ē de abelmaula vnges ꝓphām pro te. Et erit q̃cūq; fugerit gladiū asahel occidet eū iehu. ⁊ q̃cūq; fugerit gladiū iehu. interficiet eū helise⁹. Et derelinquā mihi i isrl septē milia viroꝝ q̃ꝝ genua nō sūt incuruata añ baal. ⁊ oē os q̃ non adorauerit eū oscula manū. Profect⁹ g̃ inde helias reppit heliseū filiū saphat arātē i duodeci iugis bouū. ⁊ ipse in duodecī iugis bouū arātib⁹ vn⁹ erat. Cūq; venisset helias ad eū. misit palliū suū sup eū. Qui statī relicto bob⁹ cucurrit p⁹ heliā. ⁊ ait: Osculor ozo te ꝓtem meū ⁊ matrē meā. ⁊ sic sequr te. Dixitq; ei. Vade ⁊ reuertē. Nō. n. meū erat feci tibi. Reuers⁹ aūt ab eo tulit par bouū ⁊ mactauit illud ⁊ in aratro bouū coxit carnes. ⁊ dedit ꝓplo ⁊ comederūt. Cōsurgensq; abijt ⁊ secut⁹ ē heliā. ⁊ ministrabat ei.

XX

Benadab rex syrie congregauit oēm exercitū suū. ⁊ triginta duos reges secū. ⁊ equos ⁊ curr⁹ ⁊ ascēdēs pugnabat ꝫ samariā ⁊ obsidebat eā. Misitq; nūcios ad achab regē isrl i ciuitatē ait: Hec dicit benadab. Argētū tuū ⁊ aur tuū meū est: ⁊ vxores tue ⁊ filij tui optimi mei sūt. Rndit⁹ rex isrl. Juxta vbū tuū dñe mi rex tuus sū ego ⁊ oīa mea. Reuertētesq; nūcij dixerūt. Hec dicit benadab qui misit nos ad te. Argētū tuū ⁊ aur tuū ⁊ vxores tuas ⁊ filios tuos dabis mihi. Cras igit hac eadē hora mittā seruos meos ad te. ⁊ scrutabūt domū tuā ⁊ domū seruoꝝ tuoꝝ ⁊ oē qđ eis

samariā. Cūq; venisset ad camerā pastoq; in
via inuenit frēs ochozie regis iuda: dixitq;
ad eos. Qui nam estis vos? Qui rndерunt.
Fratres ochozie regis sum⁹. 7 descēdim⁹ ad
salutādos filios regi 7 filios regine. Qui ait
Cōprehendite eos vivos. Quos cū cōprehē-
dissent vivos: iugulauerunt eos in cisterna
iuxt camerā qdraginta duos viros. 7 nō reli-
qt ex eis quēq;. Cūq; abisset inde: inuenit io-
nadab filiū rechab in occursū sibi. 7 bñdixit
ei. Et ait iehu ad eū. Hūqd ē cor tuū rectū
cū corde meo sic cor meū cū corde tuo? Et
ait ionadab. Est. Si ē ita: da mihi manū tuā.
Qui dedit ei manū suā. At ille leuauit eum
ad se ī currū: dixitq; ad eū. Veni mecū. 7 vi
de zelū meū p dño. Et ipositū ī curru suo du
xit in samariā. Et percussit oēs q reliq fuerāt
de achab in samaria vsq; ad vnū: iux verbū
dñi qđ locut⁹ ē p heliā. Congregauit q; iehu
cēm pplm 7 dixit ad eos. Achab coluit baal
paxillo ego aūt colā eum amplius. Nūc igit oēs
pphās baal: 7 vniūsos suos ei⁹ 7 cūctos sa-
cerdotes ipsi⁹ vocate ad me. Null⁹ sit q non
veniat. Sacrificiū. n. grāde est mihi baal. Qui
cūq; defuerit nō viuet. Porro iehu faciebat
hoc insidiose: ut disperderet cultores baal.
Et dixit sanctificate diē solēnē baal. Voca-
uitq; 7 misit in vniuersos cmios isrl. 7 vene-
rūt cūcti serui baal. Nō fuit residu⁹ ne vnus
qdē q nō veniret. Et ingressi sūt templū baal.
Et repleta est dom⁹ baal: a sūmo vsq; ad sū-
mū. Dixitq; bis q preerat sup vestes. Profer
te vestimēta vniuersis cultis baal. Et protule-
runt eis vestes. Ingressusq; iehu 7 ionadab
filius rechab templū baal: ait cultoribus baal.
Perquirite 7 videte ne quis forte vobiscū sit
de seruis dñi: sed ut sint cultores baal soli. Ingressi
sūt igitur ut facerēt victimas 7 holocausta.
7 dixerat eis. Quicūq; fugerit de hoib⁹ bis
qs ego adduxero ī manus vras: anīa ei⁹ erit pro
anīa illi⁹. Factū ē aūt cū cōpletū eēt holocau-
stū: precepit iehu militib⁹ 7 ducibus suis. In-
gredimini 7 percutite eos. Null⁹ euadat. Per
cussiq; eos ī ore gladij 7 proiecerūt milites
7 duces. Et ierūt ī ciuitatē templi baal 7 pro-
tulerūt statuā de phano baal. 7 cōbusserunt
7 cōminuerūt eam. Destruxerūt q; edē baal.
7 fecerūt p ea latrinas vsq; in diē hāc. Dele-
uit itaq; iehu baal de isrl: veruntn a peccatis
hieroboam filij nabath: q peccare fecit isrl:
nō recessit: nec dereliq vitulos aureos qui
erāt i bethel 7 i dan. Dixit aūt dñs ad iehu.
Quia studiose egesti qđ rectū erat 7 place-
bat i oculis meis. 7 oia q erant in corde meo
fecisti i domū achab: filij tui vsq; ad q̄rtam
generationē sedebūt sup thronū isrl. Porro
iehu nō custodiuit ut ambularet in lege dñi
dei isrl i toto corde suo. Non. n. recessit a pec-
catis hieroboam. q peccare fecerat isrl. In
diebus illis cepit dñs tedere sup isrl. Percussitq;
eos azahel in vniuersis finib⁹ isrl: a iordane
ad orientalē plagā cēm terrā galaad. 7 gad.
7 ruben. 7 manasse. ab aroer q est sup torren-
tē arnon 7 galaad 7 basan. Reliq aūt verbō
iehu 7 vniuersa q fecit 7 fortitudo ei⁹: nōne
hec scripta sūt i libro verbox dierū regū isrl? Et
dormiuit iehu cū patrib⁹ suis: sepelieruntq;
eū in samaria. 7 regnauit ioachaz filius ei⁹ p
eo. Dies aut ē qs regnauit iehu super isrl viginti 7 octo annis sunt in samaria.

XI

Athalia vo mr ochozie videns mor-
tuū filiū suū: surrexit 7 interfecit ē
semē regiū. Tollēs aūt iosaba filia
regis iozam soror ochozie ioas filiū ochozie
furata ē eū de medio filioq; regis q interficie-
bant. 7 nutricē ei⁹ de triclinio. 7 abscondit eū
a facie athalie ut nō interficeret: eratq; cū ea
sex ānis clam i domo dñi. Porro athalia re-
gnauit sup terrā septē ānis. Anno aūt septio
misit ioiada 7 assumēs centuriones 7 milites
introduxit ad se i templū dñi: pepigitq; cū eis
fedus. Et adiurans eos i domo dñi ostendit
eis filiū regis 7 precepit illis dicens. Iste ē ser-
mo quē facē debetis. Tertia ps vrm introcat
sabbato: 7 obseruet excubias domus regis.
Tertia aūt ps sit ad portā seyr: 7 tertia ps sit
ad portā q ē post habitaculū scutariox: 7 cu-
stodiet excubias dom⁹ messa. Due vero ptes
e vobis oēs egredientes sabbato custodiant

ecubias domus dñi circa regē: ⁊ vallabitis eū hñtes arma in manib⁹ vr̄is. Si q̄s autem ingressus fuerit septū tēpli: interficiat. Eritisq; cū rege introeūte ⁊ egredīte. Et fecerūt cēturiones iux̄ oīa que p̄cepat eis ioiada sacerdos. Et assumētes singuli viros suos q̄ ingrediebāt sabbatū cū his q̄ egrediebāt e sabbato venerūt ad ioiadā sacerdotem. Qui vedit eis hastas ⁊ arma regis dauid: q̄ erāt in domo dñi. Et steterūt singuli hñtes arma i mānu sua a pte templi dextera usq; ad pte sinistrā altaris ⁊ edis circū regē. Produxitq; filiū regē. ⁊ posuit sup eū diadema ⁊ testimoniū: fecerūtq; eū regē ⁊ unxerunt: ⁊ plaudentes manu dixerūt. Viuat rex. Audiuit aūt athalia vocē populi currētis. ⁊ ingressa ad turbas in templū dñi: vidit regē stantē sup tribunal iuxta morē: ⁊ cātores ⁊ turbas ⁊pe eū. oēmq; populū ⁊re letātē: ⁊ canētē tubis. ⁊ scidit vestimēta sua clamauitq; Cōiuratio cōiuratio. Precepit aūt ioiada cēturionib⁹ q̄ erāt super exercitū: ⁊ ait eis. Educite eā extra septa tēpli. ⁊ quicūq; eā secut⁹ fuerit: feriat gladio. Dixerat. n. sacerdos: nō occidat in tēplo dñi. Imposuerūtq; ei manū ⁊ imperterūt eā p viā introit⁹ eq̄ iuxta palatiū. ⁊ interfecta est ibi. Pepigit ergo ioiada fedus inter se ⁊ regē ⁊ inter ppl'm ut esset ppl's dñi. ⁊ inter regē ⁊ ppl'm Ingressusq; ē omis ppl's ⁊re templū baal. ⁊ destruxerunt aras ei⁹: ⁊ imagines cōtriuerūt valide: matban q; sacerdotem baal occiderunt coram altari. ⁊ posuit sacerdos custodias in domo dñi: tulitq; centuriones ⁊ celethi ⁊ phæleti legiones ⁊ oēm ppl'm terre: deduxerūtq; regem de domo dñi. Et venerūt p viā porte scutarioꝝ i palatiū: ⁊ sedit sup thronū regum. Lectatusq; est omis populus ⁊re. ⁊ ciuitas conquieuit. Athalia autem occisa est gladio in domo regis: septēq; annis erat ioas cū regnare cepisset.

CXII

Anno septimo iehu regnauit ioas. Quadragīta ānis regnauit i irl'm: nomē matris ei⁹ sebia de bersabee. Fecitq; ioas rectū coram dño cūctis diebus q̄b⁹ docuit eū ioiada sacerdos: verūtñ excelsa non abstulit. Adhuc. n. ppl'us immolabat ⁊ adolebat i excelsis incēsū. Dixitq; ioas ad sacerdotes. Oēm pecuniā scōr q̄ illata fuerit in templū dñi a p̄tereūtib⁹ q̄ offert p̄ pcio aīe ⁊ quā sponte ⁊ arbitrio cordis sui inferunt in templū dñi. accipiāt illā sacerdotes iux̄ ordinē suū: ⁊ instaurent sartatecta dom⁹ si q̄d necessariū viderit instauratiōe. Igit̄ usq; ad vicesimū ānū regis: nō instauraverūt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq; rex ioas ioiadā pontificem ⁊ sacerdotes: dicens eis. Quare sartatecta nō instauratis tēpli? Nolite q̄ ampli⁹ accipe pecuniā iuxta ordinē vr̄m: s ad instaurationē tēpli reddite eā. Pro libitiq; sūt sacerdotes ultra accipe pecuniā a pplo. ⁊ instaurare sartatecta dom⁹. Et tulit ioiada pontifex gazophylatiū vnū aperuitq; foramē desup: ⁊ posuit illud iuxta altare ad dexterā ingredīētiū domū dñi: mittebātq; i eo sacerdotes q̄ custodiebāt ostia omnē pecuniā q̄ deferebat ad templū dñi. Cūq; vidērēt nimiā pecuniā ee in gazophylatio. ascendebat scriba regis ⁊ pōtifex. effundebantq; ⁊ numerabāt pecuniā que inveniebat in domo dñi. ⁊ dabāt eā iuxta numer⁹ atq; mēsurā in manu eor q̄ erāt cementarijs domus dñi. Qui impendebāt eā i fabris ligno ⁊ i cementarijs bis q̄ opabant in domo dñi ⁊ sartatecta faciebāt. ⁊ ibis q̄ cedebāt saxa. ⁊ ut emerēt ligna ⁊ lapides qui excidebāt: ita ut impleret instauratio dom⁹ dñi i vniversis q̄ indigebāt expensa ad muniendā domū. Verūtñ non fiebāt ex eadē pecunia hydrie tēpli dñi: ⁊ fuscinule ⁊ thuribula ⁊ tube ⁊ oē vas aureū ⁊ argenteū: de pecunia q̄ inferebat i templū dñi. His. n. q̄ faciebāt op⁹ dabat: ut instaurarent tēplū dñi. Et nō fiebat ratio bis boibus q̄ accipiebant pecuniā ut distribuerēt eā artificib⁹: s in fide tractabant eā. Pecuniā pro p delicto ⁊ pecuniā p pctis. nō inferebāt in templū dñi: qa sacerdotū erat. Tūc ascendit azahel rex syrie ⁊ pugnabat contra getb: cepitq; eā. Et direxit faciē suā ut ascēderet in irl'm. Quāobrē tulit ioas rex iuda oīa scificata q̄ consecraverat iosaphat ⁊ ioram ⁊ ochozias patres ei⁹ regis iuda: ⁊ q̄ ipse obtulerat. ⁊ vniversū argētū q̄d inveniri potuit i thesauris tēpli dñi. ⁊ in palatio regis: misitq; azahel regi syrie. ⁊ recessit ab irl'm. Reliq̄ aūt sermonū ioas ⁊ vniūsa q̄ fecit: nōne hec scripta sūt i libro verbor dierū regū iuda? Surrexerūt aūt servi ei⁹ ⁊ cōiuraverūt inter se: percusserūtq; ioas i domo mello i descensu sela. Josachar nāq; filius semaat: ⁊ iosabat filius somer servi eius percusserunt eū ⁊ mortuus est. Et sepelierunt

eū cū pñib⁹ suis ī ciuitate dauid.regnauitq; amasias filius eius ꝓ eo. CXIII

Anno vicesimo octio ioas filij ochozie regis iude .regnauit ioachaz filius iehu sup israℓ in samaria xcē ⁊ septē ānis.⁊ fecit malū cozā dño. Secutusq; ē pcc cata hieroboam filij nabath q̄ pccare fecit israℓ ⁊ nō declinauit ab eis . Iratusq; ē furoz dñi ꝫ israℓ.⁊ tradidit eos in manu azahel regi syrie ⁊ in manu benadab filij azahel cunctis diebꝫ . Deprecat⁹ ē aūt ioachaz faciē dñi . ⁊ audiuit eum dñs. Vidit.n.angustiā israℓ.q̄a attriuerat eos rex syrie. Et dedit dñs saluatorē israℓ:⁊ liberat⁹ ē de manu regis syrie: habitauerūtq; filij israℓ in tabernaculis suis.sic̄ heri ⁊ nudiusℓ terti⁹. Verūtn̄ nō recessērt a pctis dom⁹ hieroboā:q̄ peccare fecit israℓ: ꝫ in ipsis ābulauert. Siqdē ⁊ lucꝫ pmānsit in samaria ⁊ nō sunt derelicti ioachaz de ꝓpl̄o nisi q̄nq̄ginta eq̄tes:⁊ decē curr⁹.⁊ decē milia peditum. Interfecerat.n.eos rex syrie:⁊ redegerat eos quasi puluerē in tritura aree. Reliq̄ aūt ꝓmonum ioachaz ⁊ vniuersa q̄ fecit ⁊ fortitudo ei⁹. nōne hꝫ scripta sunt i libro ꝓmonū dierꝝ regū israℓ: Dormiuitq; ioachaz cum pñib⁹ suis : ⁊ sepelierūt eū in samaria :regnauitq; ioas filius ei⁹ ꝓ eo. Anno tricesimo septimo ioas regis iuda regnauit ioas filius ioachaz sup israℓ in samaria sedecī ānis.⁊ fecit q̄ malū ē i ꝓspectu dñi. Nō declinauit ab oib⁹ pctis hieroboam filij nabath:q̄ peccare fecit israℓ. ꝫ i ipsis ābulauit. Reliq̄ aūt sermonū ioas ⁊ vniuersa q̄ fecit.⁊ fortitudo ei⁹ quō pugnauerit ꝯ amasiam regem iuda : nōne hꝫ scripta sūt in libro sermonū dierum regū israℓ: Et dormiuit ioas cū pñib⁹ suis:hierobōā autem sedit sup soliū ei⁹ . Porro ioas sepult⁹ ē i samaria cū regib⁹ israℓ. Heliseus aūt egrotabat infirmitate:qua ⁊ mortu⁹ est. Descenditq; ad eū ioas rex israℓ: ⁊ flebat coram eo.dicebatq; pater mi.pr̄ mi: currus israℓ ⁊ auriga eius. Et ait illi heliseus: affer arcū ⁊ sagittas . Cūq; attulisset ad eū arcum ⁊ sagittas.dixit ad regem israℓ: Pone manū tuam sup arcū. Et cū posuisset ille manū suā : suppposuit heliseus manus suas manib⁹ regis.⁊ ait: Aperi fenestrā orientalem. Cūq; aperuisset.dixit heliseꝰ: Jace sagittam Et iecit. Et ait heliseꝰ: Sagitta salut⁹ dñi : ⁊ sagitta salut⁹ ꝫ syriam . Percutiesq; syriā in aphec.donec ꝓsūmas eā. Et ait: Tolle sagittas . Qui cū tulisset.rursū dixit ei: Percute iaculo terā. Et cū percussisset trib⁹ vicib⁹ ⁊ stetisset: irat⁹ ē vir dei ꝯ eū.⁊ ait: Di percussisses q̄nquies aut sexies: siue septies: percussisses syriā vsq; ad p̄sūmationē. Nūc aūt trib⁹ vicib⁹ percuties eā. Mortu⁹ ē ḡ heliseꝰ: ⁊ sepelierunt eū. Latrūculi aūt de moab venerūt in terā in ipso āno. Quidā aūt sepelientes videm videre latrūculos: ⁊ ꝓiecerūt cadauer in sepulchro heliseī. Qđ cum tetigisset ossa heliseī reuixit hō ⁊ stetit sup pedes suos . Igit⁹ azahel rex syrie afflixit israℓ cūctis diebus ioachaz. Et miserꝰ ē dñs eoz: ⁊ reuersus ē ad eos ꝓpter pactū suū qđ habebat cū abraham ⁊ ysaac ⁊ iacob.⁊ noluit dispdē eos neq; ꝓicere penitus vsq; i pñs tēp⁹. Mortu⁹ ē aūt azahel rex syrie ⁊ regnauit benadab filius eius ꝓ eo. Porro ioas filius ioachaz tulit vrbes de manu benadab filij azahel quas tulerat de manu ioachaz pris sui iure pelij. Trib⁹ vicibus percussit eum ioas:⁊ reddidit ciuitates israℓ. CXIIII

Anno secūdo filij ioachaz regis israℓ regnauit amasias filius ioas regis iuda. Viginti q̄nq; annoz erat cū regere cepisset: Viginti aūt ⁊ nouē ānis regnauit in irℓm. Nomen mris ei⁹ ioaden de irℓm. Et fecit rectū cozā dño: verūtn̄ non ut dauid pater ei⁹. Juxta oia q̄ fecit ioas pr̄ suus fecit:nisi hoc tm̄ qđ excelsa nō abstulit. Adhuc.n.ppls adolebat ⁊ imolabat incensū i excelsis. Cūq; obtinuisset regnū.percussit seruos suos q̄ interfecerāt regē prem suū: filios aūt eoz qui occiderāt nō occidit:iuxta qđ scriptū ē in libro legis moysi sicut pcepit dñs dicēs: Non morient pres ꝓ filijs neq; filij ꝓ pribus: ꝫ vnusq;sq; in pcto suo morief. Ipse percussit edom in valle salinaꝝ decē milia . ⁊ apphendit petrā in pelio vocauitq; nomē ei⁹ iecthel vsq; i pñtē diem. Tūc misit amasias nūcios ad ioas filiū ioachaz filij iehu regi israℓ dicēs: Veni ⁊ videamus nos . Remisitq; ioas rex israℓ ad amasiā regē iuda dicēs : Cardu⁹ libani misit ad cedrū q̄ ē i libano.dicēs : Da filiam tuam filio meo vxoꝛ. Trānierūtq; heliē salt⁹ q̄ sunt in libano: ⁊ cōculcauerūt carduū . Percutiens inualuisti sup edom.⁊ sublenauit te coz tuum. Contēt⁹ esto gl̄ia.⁊ sede i domo tua. Quare ꝓuocas malū : ut cadas tu ⁊ iudas tecum? Et nō acq̄euit amasias . Ascēditq; ioas rex israℓ : ⁊ viderunt seipse ⁊ amasias rex iuda in

bethsames oppido iude. Percussusq; est iuda coram isrl'. & fugerunt vnusq;sq; in tabernacula sua. Amasiā vero regem iuda filiū ioas filij ochozie cepit ioas rex isrl' in bethsames: & adduxit eū in irlm. Et inc̄rupit murū irlm a porta ephraim vsq; ad portā anguli q̄dringēt̄is cubitis. Tulitq; oē aur & argētū & vniuersa vasa q̄ inuēta sūt in domo dñi & in thesauris regis & obsides. & reuersus ē in samariā. Reliq̄ aūt ꝓmonū ioas q̄ fecit & fortitudo ei⁹ q̄ puguit ꝑ amasiā regē iuda: nōne hec scripta sūt in lib⁹ ꝓmonū dierū regū isrl'? Dormiuitq; ioas cum pribus suis & sepult⁹ ē in samaria cū regib⁹ isrl' & regnauit hieroboā filius ei⁹ ꝓ eo. Vixit aūt amasias filius ioas rex iuda. postq; mortuus ē ioas filius ioachā regi isrl'. viginti q̄nq; ānis. Reliq̄ aūt ꝓmonū amasie: nōne hec scripta sūt in libro ꝓmonū dierū regū iuda? Factaq; est ꝑ eū coniuratio in irlm at ille fugit in lachis Miserūtq; p⁹ eum lachis & interfecerūt eum ibi: & asportauerūt in eqs: sepultusq; ē in irlm cū pribus suis in ciuitate dauid. Tulit aūt vniuersus ꝑplus iude azariā annos natū sedecim & ꝓstituerūt eū regem ꝓ pre ei⁹ amasia. Ipse edificauit abilam. & restituit eā iude postq; dormiuit rex cū pribus suis. Anno q̄ntodecimo amasie filij ioas regis iuda regnauit hieroboā filius ioas regis isrl' in samaria q̄draginta & vno ānis: & fecit qđ malū ē coram dño. Nō recessit ab oib⁹ pctis hieroboam filij nabath q̄ peccare fecit isrl'. Ipse restituit ēminos isrl' ab introitu emath vsq; ad mare solitudinis: iux sermonē dñi dei isrl' quē locut⁹ ē ꝑ seruū suū ionam filiū amathi ꝓphām: qui erat de gethefer. Vidit.n. dñs afflictionē isrl' amarā nimis. & q consūpti eēnt vsq; ad clausos carcer & extremos: & nō eēt q̄ auxiliaret isrl'. Neclocut⁹ ē dñs ut deleret nomē isrl' de sub celo: & saluauit eos in manu hieroboam filij ioas. Reliq̄ aūt ꝓmonū hieroboā & vniuersa q̄ fecit: & fortitudo ei⁹ q̄ pliat⁹ ē. & quō restituit damascū & emath iudei isrl': nōne hec scripta sūt in libro ꝓmonū dierū regū isrl'? Dormiuitq; hieroboam cū pribus suis regib⁹ isrl': & regnauit çacharias filius ei⁹ ꝓ eo.

Anno vicesimoseptimo hieroboā regis isrl' regnāt azarias filius amasie regis iuda. Sedeci ānoꝝ erat cū regnare cepisset. & q̄nq̄gintaduob⁹ ānis regnauit irlm. Nomē mris ei⁹ iecelia de irlm XV

Fecitq; qđ erat placitū coram dño. iux oīa q̄ fecit amasias pat⁹ ei⁹: verūtn excelsa non est demolit⁹. Adhuc ꝑplus sacrificabat & adolebat incēsū in excelsis. Percussit aūt dñs regē & fuit leprosus vsq; in diē mortis sue. & habitabat in domo libera seorsū. Joathan vo filius regis gubernabat palatiū: & iudicabat ꝑplm terre. Reliq̄ aūt ꝓmonū azarie & vniuersa q̄ fecit: nōne hec scripta sūt in libro ꝓphoꝝ dierū regū iuda? Et dormiuit azarias cū pribus suis: sepelierūtq; eū cū maioribus suis in ciuitate dauid. & regnauit ioathan filius ei⁹ ꝓ eo. Anno tricesimooctauo azarie regis iude regnauit çacharias filius hieroboam sup isrl' in samaria sex mēsib⁹. & fecit qđ malū est coram dño sicut fecerāt pres ei⁹. Nō recessit a pctis hieroboā filij nabath: qui peccare fecit isrl'. Cōiurauit aūt ꝑ eū sellū filius iabes: percussitq; eū palā & interfecit. regnauitq; ꝓ eo. Reliq̄ aūt ꝓphoꝝ çacharie: nōne hec scripta sunt in libro ꝓmonū dierū regū isrl'? Iste ē ꝓmo dñi quē locutus ē ad iehu dicēs: Filij tui vsq; ad q̄rtā gnātionē sedebūt de te sup thronū isrl'. Factumq; est ita. Bellum filius iabes reḡuit tricesimonono ano azarie regis iude. Regnauit aūt vno mēse in samaria. Et ascendit manahem filius gadai de thersa. venitq; samariā. & percussit sellū filiū iabes in samaria & interfecit eū: reḡuitq; ꝓ eo. Reliq̄ aūt ꝓphoꝝ sellū & coniuratio ei⁹ p quā tetēdit insidias: nōne hec scripta sūt in libro sermonū dierū regū isrl'? Tūc percussit manahem thapsam & oēs q̄ erāt in ea: & ēminos ei⁹ de thersa. Noluerāt.n. aperire ei. Et interfecit oēs pregnantes eius. & scidit eas. Anno tricesimonono azarie regis iude regnauit manahem filius gaddi sup israhel de annis in samaria. Fecitq; qđ erat malū coram dño. Nō recessit a pctis hieroboā filij nabath: qui peccare fecit isrl' cūctis diebus ei⁹. Veniebat phul rex assyriorum in terra. & dabat manahem phul mille talēta argēti. ut eēt ei in auxiliū & firmaret regnū ei⁹. Indixitq; manahem argētū sup isrl' cūctis potētib⁹ & diuitib⁹ ut daret regi assyriox: q̄nq̄gita siclos argenti p singulos. Reuersusq; ē rex assyrioꝝ. & nō ē morat⁹ in thersa. Reliq̄ aūt ꝓmonū manahem & vniuersa q̄ fecit nōne hec scripta sūt in libro ꝓmonū dierū regū isrl'? Et dormiuit manahem cū patrib⁹ suis: regnauitq; phaceia filius ei⁹ ꝓ eo. Anno quinquagesimo azarie regis iude. regnauit

phaceia filij manahen sup isrl' in samaria bien-nio. fecitq; qđ erat malũ coꝝ dño. Nõ recessit a pctis hieroboã filij nabath: q; pccare fecit isrl'. Cõiurauit aũt adũsus eũ phacee filius romelie dux ei⁹: ⁊ pcussit eũ in samaria i turre dom⁹ regie iuxta argob ⁊ iuxta aripb. ⁊ cũ eo qnãginta viros de filijs galaaditaꝝ ⁊ interfecit eũ: regnauitq; p eo. Reliq̃ aũt sermonũ phacee ⁊ vniũsa q; fecit: nõne hec scripta sũt in libro sermonũ dierũ regũ isrl? Anno qnq; gesimo secũdo azarie regis iude: regnauit phacee filius romelie sup isrl' in samaria viginti annis. ⁊ fecit qđ erat malũ coꝝ dño. Non recessit a pctis hieroboã filij nabath: qui pccare fecit isrl'. In diebus phacee regis isrl' venit theglatphalassar rex assur. ⁊ cepit abion. ⁊ abel domũ maacha ⁊ ianoe ⁊ cedes ⁊ asor. ⁊ galaad ⁊ galileã ⁊ vniũsam terrã neptalim: ⁊ transtulit eos in assyrios. Cõiurauit aũt ⁊ interfecit insidias osee filius hela ꝛ phacee filiũ romelie: ⁊ pcussit eũ ⁊ interfecit: regnauitq; p eo vicesimo ano ioathan filij ozie. Reliq̃ aũt sermonũ phacee ⁊ vniuersa q; fecit: nõne hec scripta sunt in libro sermonũ dieꝝ regũ isrl? Anno secundo phacee filij romelie regis isrl' regnauit ioathan filius ozie regis iuda. Viginti q; annoꝝ erat cũ regnare cepisset: ⁊ sedecim ãnis regnauit i irl'm. Nomẽ mris ei⁹ bieruſa: filia çadoch. Fecitq; qđ erat placitũ coꝝ dño. Juxta oia q; fecit ozias pr̃ su⁹ opat⁹ ẽ: verũtñ excelsa nõ abstulit. Adhuc pp̃l's immolabat ⁊ adolebat incensũ in excelsis. Ipse edificauit portam domus dñi sublimissimã. Reliqua aute sermonũ ioathan ⁊ vniuersa q; fecit: nõne hꝫ scripta sũt in libro verboꝝ dieꝝ regum iuda? In diebus illis cepit dñs mittere in iudã rasin regẽ syrie: ⁊ phacee filiũ romelie. Et dormiuit ioathan cũ patrib⁹ suis: sepultusq; ẽ cũ eis in ciuitate dauid pr̃is sui. ⁊ regnauit achaç filius eius pro eo.

XVI

Anno decimoseptimo phacee filij romelie. regnauit achaç filius ioathan regis iuda. Viginti ãnoꝝ erat achaç cũ regnare cepisset. ⁊ sedecim annis regnauit in irl'm. Nõ fecit qđ erat placitũ in cõspectu dñi dei sui sicut dauid pr̃ ei⁹: ꝟ ambulauit in via regum isrl'. Insup ⁊ filiũ suũ cõsecrauit trãsferens p ignẽ ꝟm idola gentiũ: q; dissipauit dñs coꝝ filijs isrl'. Immolabat q; victimas ⁊ adolebat in censũ i excelsis ⁊ i collib⁹: ⁊ sub oi ligno frondoso. Tũc ascẽdit rasin rex syrie. ⁊ phacee fili⁹ romelie rex isrl': ad pliandũ in irl'm. Cũq; obsiderẽt achaç non valuerunt supare eũ. In tpe illo restituit rasin rex syrie baylam syrie: ⁊ eiecit iudeos de bayla. Et idumei ⁊ syri venerũt in baylã ⁊ habitauerunt ibi vsq; i diẽ hãc. Misit aũt achaç nũcios ad theglatphalassar regẽ assyriozũ dicẽs Seruus tuus ⁊ filius tuus ego sũ. Ascẽde ⁊ saluũ me fac de manu regis syrie. ⁊ de manu regis isrl' q; ꝓsurrexerũt adũsũ me. Et cũ collegisset argẽtũ ⁊ aurũ qđ inueniri potuit i domo dñi. ⁊ i thesauris regis misit regi assyriozũ mũera. q; ⁊ acq̃euit volũtati ei⁹. Ascẽdit aũt rex assyriozũ i damascũ ⁊ vastauit eã. ⁊ trãstulit habitatores ei⁹ cyrenẽ: rasin aũt interfecit. Perrexitq; rex achaç i occursũ theglatphalassar regi assyriozũ i damascũ. Cũq; vidisset altare damasci: misit rex achaç ad vriam sacerdotẽ exẽplar ei⁹ ⁊ similitudinẽ iuxta cẽ opus ei⁹. Extruxitq; vrias sacerdos altare. Juxta oia q; pcepat rex achaç de damasco: ita fecit sacerdos vrias donec veniret rex achaç de damasco. Cumq; venisset rex de damasco vidit altare ⁊ venerat⁹ est illud: ascenditq; ⁊ immolauit holocausta ⁊ sacrificiũ suũ ⁊ libauit libamina ⁊ fudit sanguinẽ pacifico⁹ que obtulerat super altare. Porro altare ereũ qđ erat coꝝ dño trãstulit de facie tẽpli ⁊ de loco altaris ⁊ de loco templi dñi: posuitq; illud ex latere altaris ad aquilonẽ. Precepit q; rex achaç vrie sacerdoti dicens: Sup altare maius offer holocaustũ matutinũ ⁊ sacrificium vespertinũ ⁊ holocaustũ regis ⁊ sacrificiũ ei⁹ ⁊ holocaustũ vniũsi pp̃li ẽre ⁊ sacrificia eoꝝ ⁊ libamina eoꝝ. ⁊ cũm sanguine holocausti. ⁊ vniuersum sanguinẽ victime sup illud effundes. Altare vero ereũ erit paratũ ad volũtatem meã. Fecit igit vrias sacerdos iuxta oia q; pcepat rex achaç. Tulit aute rex achaç celatas bases ⁊ luterẽ q; erat de sup. ⁊ mare de posuit de bob⁹ ereis q; sustentabãt illud ⁊ posuit sup pauimẽtũ stratũ lapide. Musach quoq; sabbati qđ edificauerat i tẽplo ⁊ ingressũ regi exteri⁹ cõuertit i tẽplũ dñi: pp̃ regẽ assyriozꝝ Reliq̃ aũt verboꝝ achaç ⁊ oia q; fecit: nõne hec scripta sũt in libro sermonũ dieꝝ regũ iuda? Dormiuitq; achaç cũ patrib⁹ suis. ⁊ sepultus est cum eis in ciuitate dauid: ⁊ regnauit ezechias filius eius pro eo.

XVII

Anno duodecimo achaz regis iuda: regnauit osee filius ela in samaria sup israhel nouem annis: fecitq; malum coram dño: ſ nõ sicut reges israhel qui ante eũ fuerũt. Cõtra hũc ascendit salmanasar rex assyriorũ et factus est ei osee seruus: reddebatq; illi tributa. Cũq; reprehendisset rex assyriorũ osee q retellare nitens misisset nuncios ad So rege egypti: ne ꝓstaret tributa regi assyriorũ sicut singulis annis solitus erat: obsedit eũ et vinctũ misit in carcerẽ: quagatusq; ẽ cũctã terrã et ascendens samariã obsedit eã trib9 annis. Anno autẽ nono osee cepit rex assyriorũ samariã et trãstulit israhel in assyrios: posuitq; eos in haylam et in abor iuxta fluuiũ goçan in ciuitatib9 medorũ. Factũ ẽ enim cũ peccassent filij israhel dño deo suo q eduxerat eos de tra egypti de manu pharaonis regis egypti: coluerunt deos alienos. et ambulauerũt iuxta ritũ gentiũ ąs ꝓsũpserat dñs a facie filiorũ israhel et regũ israhel qa fiebant fecerãt. Et irritauerũt filij israhel verbis nõ rectis dñm deũ suũ. et edificauerũt sibi excelsa in cunctis urbib9 suis a turre custodũ usq; ad ciuitatẽ munitã. Fecerũtq; sibi statuas et lucos in oi colle sublimi. et subter oẽ lignũ nemorosũ. et adolebant ibi incensum sup aras in more gentiũ ąs trãstulerat dñs a facie eorũ. Fecerũtq; uerba pessima irritantes dñm. et coluerũt idola de quib9 ꝓcepit eis dñs ne facerẽt rem hanc. Et testificat9 ẽ dñs in israhel et in iuda p manũ oiuz ꝓphetarũ et uidentiũ dicẽs. Reuertimini a uijs uris pessimis. et custodite ꝓcepta mea et cerimonias: iuxta oẽm legẽ quã ꝓcepi patribus uris: et sicut misi ad uos in manu seruorũ meorũ ꝓphetarũ. Qui nõ audierũt. ſ indurauerũt ceruicẽ suã iuxta ceruicẽ patrũ suorũ q noluerũt credere deo suo. Et abiecerũt legitima ei9. et pactũ quod ꝓpigit cũ patribus eorũ. et testificationes ąs9 cõtestatus ẽ eos: secutiq; sunt uanitates et uane egerũt: et secuti sũt gentes q erant p circuitũ eorũ. super quib9 ꝓcepat dñs eis ut nõ facerẽt sicut et ille faciebãt. Et dereliquerũt oia ꝓcepta dñi dei sui: fecerũtq; sibi cõflatiles duos uitulos. et lucos. et adorauerunt uniuersam militiã celi. Seruierũtq; baal. et cõsecrabant filios suos et filias suas p ignẽ. Et diuinationi inseruiebãt et augurijs. et tradiderũt se ut facerent malum coram dño. et irritarẽt eũ. Iratusq; est dñs ualdẽ israhel. et abstulit eos a conspectu suo. et nõ remansit nisi trib9 iuda tãmodo. Sed nec ipse iuda custodiuit mandata dñi dei sui: uerũtñ errauit et ambulauit in erroribus israhel. ąs opatus fuerat. Proiecitq; dñs oẽ semẽ israhel. et afflixit eos et tradidit eos in manu diripientiũ donec ꝓiceret eos a facie sua: ex eo iam tpe q scissus est israhel a domo dauid. et constituerũt sibi regẽ hieroboam filiũ nabath. Sepauit enim hieroboam israhel a dño. et peccare eos fecit peccatũ magnũ. Et ambulauerũt filij israhel in uniuersis pctis hieroboam q fecerat et non recesserũt ab eis usq; q dñs auferret israhel a facie sua: sicut locut9 fuerat in manu oiuz seruorũ suorũ ꝓphetarũ. Trãslatusq; est israhel de terra sua in assyrios usq; in diẽ hanc. Adduxit autẽ rex assyriorũ uiros de babylone et de cutha et de abaiath et de emath et de sepharuaim. et collocauit eos in ciuitatibus samarie ꝓ filijs israhel. Qui possederũt samariã et habitauerũt in urbib9 eius. Cũq; ibi habitare cepissent nõ timebãt dñm. et immisit eis dñs leones q interficiebãt eos. Nũciatũq; est regi assyriorũ et dictũ. Gentes ąs trãstulisti et habitare fecisti in ciuitatib9 samarie ignorãt legitima dei terre. et immisit eos dñs leones. et ecce interficiũt eos: eo q ignorẽt ritũ dei terre. Precepit autẽ rex assyriorũ dicẽs: Ducite illuc unũ de sacerdotib9 ąs inde captiuos adduxistis: ut uadat et habitet cũ eis. et doceat eos legitima dei terre. Igit cũ uenisset unus de sacerdotib9 bethel q captiui ducti fuerãt de samaria habitauit in bethel. et docebat eos quomodo colerẽt dñm. Et unaqueq; gens fabricata est deũ suũ. Posuerunt eos in phanis excelsis q fecerãt samaritẽ gẽs et gẽs in urbib9 suis in quib9 habitabãt. Viri. n. babylonij fecerũt succoth benoth: uiri autem cuthei fecerũt nergel. et uiri de emath fecerũt asima. Porro euei fecerũt nebaz et thartha. Hi autem q erant de sepharuai cõburebant filios suos igni adramelech et anamelech dijs sepharuaim. et nibulomin9 colebãt dñm. Fecerũt autem sibi de nouissimis sacerdotes excelsorũ. et ponebãt eos in phanis sublimib9. Et cũ dñm colerẽt: dijs ąs suis seruiebãt iuxta consuetudinem gentiũ de quib9 trãslati fuerãt samariã. Usq; in ꝑsentẽ diem more sequunt antiquũ. Nõ timent dñm: nec custodiunt cerimonias eius atq; iudicia et legem et mandatũ quod ꝓcepat dñs filijs iacob quem cognominauit israhel. et pcusserat cum eis pactum. et mandauerat eis dicẽs. Nolite timere deos alienos et non adoretis eos nec

colatis eos ⁊ nō īmolaꝝ eis: ꝟ dñm ⁊ū vīm
q̄ eduxit vos ⁊ ⁊ra egypti in fortitudie magⁿ
⁊ i brachio extento·ipsū timete ⁊ illū adora-
te ⁊ ipsi īmolate: Cerimonias quoq; ⁊ iudi-
cia ⁊ legē ⁊ mādatū qđ scripsit vobis custo-
dite·ut faciaꝝ cūctⁱ dieb⁹. ⁊ nō timeaꝝ ⁊os
alienos. Et pactū qđ percussit vobiscū nolite
obliuiscī·nec colaꝝ ⁊os alienos. ꝟ dñm ⁊ū
vīm timete. ⁊ ipse eruet vos ⁊ manu oīuz
īimicoꝝ vīoꝝ. Illi ꝩo nō audierūt: ꝟ iuꝛ cō-
suetudinē suā pstinā ꝓtrabāt. Fuerūt igi-
tur gētes iste timētes q̄dē dñm: ꝟ nihilomi-
nus ⁊ idolis suis ſuiētes. Nā filij eoꝝ ⁊ ne-
potes sicut fecerūt prēs sui:ita faciūt vsq; in
ꝓsentem diem.

XVIII

Anno ēcio osee filij bela regis isrl·re
gnauit ezechias filⁱ achaz regi iuda.
Vigintiq; annoꝝ erat cū regnare
cepisset. ⁊ vigintinouē annis regnauit in irlm.
Nomē mris eⁱ⁹ abisa filia çacharie. Fecitq;
qđ erat bonū coꝛā dño:iuꝛ oīa q̄ fecerat da-
uid pr̄ eⁱ⁹. Ipse dissipauit excelsa: ⁊ cōtriuit
statuas. ⁊ succidit lucos: ꝓfregitq; serpentē
ereū qnē fecerat moyses. Siq̄dem vsq; ad il-
lud tp̄s filij isrl adolebant ei incensū. Voca-
uitq; nomē eius nehestan. Et in dño deo isrl
sperauit. Itaq; p⁹ eū non fuit silis ei ⁊ cūctⁱ
regib⁹ iuda: sed neq; i bis q̄ ante eū fuerūt. ⁊
adhesit dño: ⁊ non recessit a vestigijs eⁱ⁹: fe-
citq; mandata eⁱ⁹ q̄ ꝑcepat dñs moysi. vñ ⁊
erat dñs cū eo. ⁊ in cunctⁱ ad q̄. ꝓcedebat sa-
pienter se agebat. Rebellauit quoq; ꝛ regem
assyrioꝝ. ⁊ non seruiuit ei. Ipse ꝑcussit phili-
steos vsq; ad gaçam ⁊ oēs ēminos eoꝝ: ⁊ a
turre cudodū vsq; ad ciuitatē munitā. An-
no q̄rto regis ezechie q̄ erat ān⁹ septim⁹ osee
filij bela regis isrl·ascēdit salmanasar rex as-
syrioꝝ samariā. ⁊ oppugnauit eā ⁊ cepit. Nam
p⁹ ānos tres anno sexto ezechie·id est nono
āno osee regis isrl·capta ē samaria: ⁊ trāstu-
lit rex assyriozū isrl in assyrios: collocauitq;
eos i hayla ⁊ in abor·fluuijs goçan in ciuita-
tib⁹ medoꝛū: ꝙa nō audierūt vocem dñi ⁊ei
sui·ꝟ ꝓtergressi sūt pactū eⁱ⁹. Oia q̄ ꝑcepat
moyses seruꝰ dñi nō audierūt neq; fecerunt.
Anno q̄rtodecimo regis ezechie ascēdit sen-
nacherib rex assyrioꝝ ad vniuersas ciuitates
iuda mūitas ⁊ cepit eas. Tūc misit ezechias
rex iuda nūcios ad regē assyrioꝝ i lachis di-
cēs: Peccaui. Recede a me: ⁊ oē qđ ipsi⁹ q̄
mihi ferā. Indixit itaq; rex assyrioꝝ ezechie
regi iude trecēta talēta argēti ⁊ triginta ta
lenta auri. Deditq; ezechias oē argētū quod-
reptū fuerat in domo dñi. ⁊ in thesauris regi
In tpe illo ꝓfregit ezechias valuas templi
dñi ⁊ laminas auri q̄s ipse affixerat. ⁊ dedit
eas regi assyrioꝝ. Misit autē rex assyriozum
thartā ⁊ rapsarⁿ ⁊ rapsacē de lachis ad regē
ezechiā cū manu valida irlm. Qui cū ascen-
dissent venerūt irlm ⁊ steterūt iuꝛ aq̄ductū
piscine superioꝛ q̄ ē in via agri fullonis: voca-
uerūtq; regē. Egressus ē āt ad eos eliachim
filⁱ helchie ꝓpositus domus ⁊ sobna scriba ⁊
ioahe filius asaph a cōmentarijs. Dixitq; ad
eos rapsaces. Loquimī ezechie. Hec dicit rex
magn⁹ rex assyrioꝝ. Que ēista fiducia q̄ ni-
teris? Forsitan īnisti ꝓsiliū: ut ꝓpares te ad
pliū. In q̄ confidis ut audeas rebellare? An
speras i baculo harūdineo atq; ꝓfracto egy-
pto? Sup quē si īcubuerit hō:cōmūnt⁹ i gre-
diet manū eⁱ⁹ ⁊ pforabit eā. Sic est pharao
rex egypti·oīb⁹ q̄ pfidūt i se. Nō si dixeritⁿ mⁿ
i dño deo nr̄o tēⁿ fiduciā·nōne iste ē cuius
abstulit ezechias excelsa ⁊ altaria: ⁊ precepit
iude ⁊ irlm añ altare hoc adorabitⁿ in irlm?
Huc igit trāsite ad dñm meū regē assyrioꝝ
⁊ dabo vob duo milia equoꝝ: ⁊ videte an bñ
valeaꝝ ascēsores eoꝝ. Et quō poteſ; resistere
añ vnū satrapam de pueris dñi mei minimis:
An fiduciā hēs i egypto ꝓ currⁿ ⁊ eq̄tes?
Nūq̄d sine dñi volūtate ascēdi ad locū istū
ut demolirer eum? Dñs dixit mihi. Ascende
ad ērā bāc: ⁊ demolire eā. Dixerunt aūt elia-
chim filius helchie ⁊ sobna scriba ⁊ ioahe ra-
psaci. Precamur ut loq̄ris nobis seruis tuis
syriace·siq̄dē intelligim⁹ bāc linguā. ⁊ nō lo-
q̄ris nobis iudaice audiēte pplo q̄ ē sup mur
Rūdixitq; eis rapsaces dicēs. Nūq̄d ad dñm
tuū ⁊ ad te misit me dñs meⁿ ut loq̄rer ſmo-
nes hos. ⁊ nō potⁱ⁹ ad viros q̄ sedēt sup mu-
rū ut comedant stercora sua. ⁊ bibant vrinā
suā vobiscū? Stetit itaq; rapsaces: ⁊ exclā-
mauit voce magna iudaice ⁊ ait: Audite ver
ba regis magni. regis assyriorū. Hec dic rex
Non vos seducat ezechias. Non.n. poterit
eruere vos de manu mea: neq; fiduciā vobis
tribuat sup dñm dicēs: Eruēs liberabit nos
dñs. ⁊ nō tradet ciuitas hāc i manu regis assy-
rioꝝ. Nolite audire ezechiā. Hec.n. dicit rex
assyrioꝝ. Facite mecum qđ vobis est vtile: ⁊

egredimini ad me. Et comedet vnusquisq; de vinea sua. & de ficu sua. & bibet aq̃s de cisternis suis: donec veniã & trãsferã vos in terrã q̃ silis & terre vre in terrã fructiferã & fertilẽ vini: terrã panis & vineaꝝ. terrã oliuaꝝ & olei ac mellis. & viuet. & nõ moriemi. Nolite audire ezechiã q̃ vos decipit dicens: Dñs liberabit nos. Numq̃d liberauerũt dij gẽtiũ terrã suã de manu regis assyrioꝝ? Ubi est deus emath & arphat? Ubi ẽ deus sepharuaim ana & aua? Numq̃d liberauerunt samariã de manu mea? Qui nã illi sũt in vniuersis dijs terrarũ q̃ eruerũt regionẽ suã de manu mea: ut possit eruẽ dñs hierm de manu mea? Tacuit itaq; ppter & nõ rñdit ei q̃cq̃. Siq̃dẽ ꝓceptũ regis acceperãt: ut nõ rñderẽt ei. Uenitq; eliachim filius helchie ꝓpositꝰ domus & sobna scriba & ioahe filiꝰ asaph acõmentarijs ad ezechiam scissis vestib̃: & nũciauerũt ei ꝟba rapsacis.

Qui cum audisset ezechias XIX rex scidit vestimẽta sua. & optus est sacco: ingressusq; est domũ dñi: & misit eliachim ꝓpositũ dom̃ & sobnã scribam & senes de sacerdotib̃ optos saccis ad ysaiam ꝓphã filiũ amos. Qui dixerũt. Hec dicit ezechias. Dies tribulatiõis & increpationis & blasphemie dies iste. Uenerunt filij vsq; ad partũ. & vires nõ hz parturiẽs. Si forte audiat dñs de tuus vniuersa ꝟba rapsacis quẽ misit rex assyrioꝝ dñs suꝰ ut exprobraret deũ viuẽtẽ & argueret ꝟbis q̃ audiuit dñs deus tuus. & fac oratiõnẽ ꝓ reliquijs q̃ repte sunt. Uenerũt gẽ ad regẽ ezechie ad ysaiã. Dixitq; eis ysaias. Hec dicet dñs dño vro. Hec dic dñs: Noli timere a facie sermonũ q̃s audisti q̃b blasphemauerũt pueri regis assyrioꝝ me. Ecce ego immittã ei spm̃ & audiet nũciũ & reuertet i terrã suã: & deijciã eũ gladio i terra sua. Reuersus ẽ Rapsaces & inuenit regẽ assyrioꝝ expugnantẽ lobnam. Audierat. n. q̃ recessisset de lachis. Cumq; audisset de tharacha rege ethiopie dicẽtes. ecce egressus ẽ ut pugnet aduersum te. & iret ꝺ eũ: misit nũcios ad ezechiam dicẽs: Hec dicite ezechie regi iuda. Nõ te seducat deꝰ tuꝰ in q̃ baris fiduciã: neq; dicas: Nõ tradet hierm in manꝰ regis assyrioꝝ. Tu. n. ipse audisti q̃ fecerũt reges assyrioꝝ vniũsis terris: quõ vastauerũt eas. Nũ gẽ solus poteri liberari. Numq̃d liberauerũt dij gẽtiũ singlos q̃s vastauerũt prẽs mei gozan videlicz & aaarn & reseph & filios eden. q̃ erant in thelassar? Ubi ẽ rex emath & rex arphat & rex ciuitatis sepharuaim ana & aua? Itaq; cum accepisset ezechias lras de manu nũcioꝝ & legisset eas ascẽdit i domũ dñi & expãdit eas coram dño: & orauit in ꝓspectu eiꝰ dicens: Dñe deꝰ israel q̃ sedes sup cherubi tu es deꝰ solꝰ regũ oiũ terre tu fecisti celũ & terrã. Inclina aurẽ tuã & audi. Api dñe oculos tuos & vide: & audi omnia ꝟba sennacherib: q̃ misit ut exprobraret nobis deũ viuẽtẽ. Uere dñe dissipauerũt reges assyrioꝝ gẽtes & terras oiuz. & miserũt deos eoꝝ in ignẽ. Nõ. n. erant dij: ꝟ opa manuũ hoiuz ex ligno & lapide: & perdiderũt eos. Nunc igit dñe deꝰ nr̃ saluos nos fac de manu eoꝝ: ut sciãt oĩa regna terre. qa tu es dñs deus solus. Misit ãt ysaias filiꝰ amos ad ezechiã dicẽs Hec dicit dñs deꝰ israel. Que rep̃cat⁹ es me sup sennacherib rege assyrioꝝ: audiui. Iste est sermo quẽ locutꝰ ẽ dñs de eo. Spreuit te & subsannauit te ꝟgo filia syon: post tergũ tuum caput mouit filia hierm. Cui exprobrasti. & quẽ blasphemasti? Cõtra quẽ exaltasti vocẽ tuam: & elevasti i excelsũ oculos tuos? Contra scm̃ israel. Per manũ seruoꝝ tuoꝝ exprobrasti dño: & dixisti. In multitudine currũ meoꝝ ascendi excelsa mõtiũ i sũmitate libani. & succidi sublimes cedros eiꝰ: & electas abietes illius Et ingressus sũ vsq; ad cumulos eiꝰ. & saltũ carmeli eiꝰ ego succidi. Et bibi aquas alienas. & siccaui vestigijs pedũ meoꝝ oes aq̃s clausas. Numq̃d nõ audisti q̃d ab initio fecerim? Ex diebus antiq̃s plasmaui illud: & nũc adduxi. Erutq; in ruinã colliũ cõpugnãtiũ ciuitates munite. Et q̃ sedẽt in eis bũiles manu cõtremuerũt & cõfusi sũt facti sũt velut fenũ agri & vires herba tectoꝝ: q̃ arefacta est añq; veniret ad maturitatẽ. Habitaculũ tuũ & egressũ tuũ & introitũ tuũ & viã tuã ego pscisi: & furorem tuũ ꝺ me. Insanisti in me: & superbia tua ascẽdit i aures meas. Ponã itaq; circulũ in narribꝰ tuis. & chamũ in labijs tuis. & reducã te i viã p quã venisti. Tibi ãt ezechia hoc erit signũ. Comedes hoc anno q̃ repperit: in secũdo aũt anno q̃ spõte nascẽt. Postea i anno octio seminate & metite: plãtate vineas & comedite fructꝰ eaꝝ. Et qcũcq; reliquũ fuerit de domo iuda mittet radicẽ deorsum & faciet fructũ sursũ. De hierm quippe egredient reliquie: & qd̃ saluetur de mõte syon: Zelus dñi

exercituū faciet ꝟ. Quãobꝛẽ ꝟ dicit dñs ꝛe rege assyriozū. Non ingredietꝫ vrbem bãc nec mittet in eã sagittã: nec occupabit eã clypꝰ. nec circundabit eã munitio. Per viã q̃ venit reuertetꝫ. et ciuitatẽ bãc nõ ingredietꝫ dic dñs ꝓtegãq; vrbẽ bãc et saluabo eã ꝓpter me et ꝓpter dauid seruũ meũ. Factũ ẽ igit in nocte illa venit angelꝰ dñi et pcussit i castris assyriozũ centũ octogintaq̃nq; milia. Cũq; diluculo surrexisset vidit oĩa coꝛpoꝛa moꝛtuoꝝ. et recedens abijt. Et reuersus est sennacherib rex assyrioꝝ. et mãsit in niniue. Cũq; adoꝛaret in templo nesrach deũ suũ. adramelech et sarasar filij eiꝰ pcusserũt eũ gladio: fugerũtq; in ter ãã armenioꝛũ. et regnauit asaraddon filꝰ eiꝰ ꝓ eo.

XX

In diebus illis egrotauit eçechias vsq; ad moꝛtẽ. et venit ad eũ isaias filius amos ꝓphetes: dixitq; ei. Hec dicit dñs ꝛeꝰ. Precipe domui tue. Moꝛieris enim tu et nõ viues. Qui cõuertit faciẽ suã ad parietẽ. et oꝛauit dñm dicẽs. Obsecro dñe: memento quõ ambulauerim coꝛã te in veritate et in coꝛde pfecto. et qđ placitũ ẽ coꝛã te fecerim. Fleuit itaq; eçechias fletu magno Et factũ ẽ egredẽte isaias mediã ptẽ atrij. factꝰ est ꝛmo dñi ad eũ dicẽs. Reũtere et dic eçechie duci ꝓpli mei. Hec dicit dñs ꝛeꝰ dauid patris tui. Audiui oꝛonẽ tuam: vidi lacꝛymã tuã. et ecce sanaui te. die tertio ascẽdes tẽplũ dñi. et addã dieb⁹ tuis q̃ndecim ãnos. Ex et ꝛe manu regis assyrioꝝ liberabo te et ciuitatẽ bãc: et ꝓtegã vrbẽ istã ꝓpter me et ꝓpter dauid ꝟuũ meũ Dixitq; isaias. Afferte massã ficoꝝ. Quã cũ attulissent et posuissent sup vlc⁹ eiꝰ: curatꝰ est Dixerat aũt eçechias ad isaiã. Quod erit signũ qa dñs me sanabit. et qa ascẽsurꝰ sũ die tertia tẽplũ dñi. Cui ait isaias. Hoc erit signũ a dño: qꝫ factur⁹ sit dñs ꝛmonẽ quẽ locutꝰ ẽ. Vis ut ascẽdat vmbra vicẽ lineis: aut ut reuertat totidẽ gradib⁹? Et ait eçechias. Facile est vmbrã crescẽ vicẽ lineis. Nec ꝟ volo ut fiat: sẽ ut reuertat retroꝛsũ vicẽ gradib⁹. Inuocauit itaq; isaias ꝓphetã dñm: et reduxit vmbrã p lineas qb⁹ iã descẽderat in horologio achaz retroꝛsũ vicẽ gradib⁹. In tpe illo misit merodach baladan filius baladan rex babylonioꝛũ lras et munera ad eçechiã. Audierat enim qꝫ egrotasset eçechias. Letatꝰ ẽ aũt in aduentu eoꝛũ eçechias. et ondit eis domũ aromatũ. et aurũ et argentũ et pigmẽta varia vnguenta qꝫ et domũ vasoꝛũ suoꝛũ et oĩa que ꝟe poterat in thesauris suis. Nõ fuit qđ nõ ostẽderet eis eçechias in domo sua et in oi ptã te sua. Venit aũt isaias ꝓphetа ad regem eçechiam. dixitq; ei. Quid dixerũt viri isti: aut vnde venerũt ad te? Cui ait eçechias. De terra longinqua venerũt ad me. ꝛe babylone. Ait illerñdit. Quid viderunt in domo tua? Ait eçechias. Oĩa q̃cũq; sũt in domo mea viderũt. Nichil ẽ. n. qđ nõ mõstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaq; isaias eçechie. Audi ꝛmonẽ dñi. Ecce dies venient. et auferent oĩa que sũt in domo tua. et q̃ cõdiderũt pres tui vsq; in diẽ hãc. in babylonẽ. Nõ remanebit qcq̃ ait dñs Ex et ꝛe filijs tuis q̃ egredient ex te qs gnãbis tollent. et erũt eunuchi in palatio regis babylonis. Dixit eçechias ad isaiã. Bonus sermo dñi quẽ locutus est. Sit tñ pax et vitas in diebꝰ meis. Reliq̃ aũt sermonũ eçechie et oĩs foꝛtitudo eiꝰ. et quõ fecerit piscinã et aq̃ductũ. et introduxerit aq̃s in ciuitatẽ. nõne ꝟ scripta sũt in libro sermonũ dieꝝ regũ iuda? Dormiuitq; eçechias cũ patribꝰ suis: et regnauit manasses filius eius ꝓ eo.

XXI

Duodecim annoꝝ erat manasses cum regẽ cepisset. et qnq̃gintaq̃nq; ãnis regnauit in ierlm. Nomẽ matris eius aphsiba. Fecitq; malũ in ospectu dñi: iuxta idola gẽtiũ q̃s vastauit dñs a facie filioꝝ isrl. Cõuersusq; est et edificauit excelsa q̃ dissipauerat eçechias pr eiꝰ. et erexit aras baal et fecit lucos sicut fecerat achab rex isrl. et adoꝛauit oẽm militiã celi et coluit eã. Extruxitq; aras in domo dñi ꝛe q̃ dixit dñs. in ierlm ponã nomẽ meũ: et extruxit altaria vniuerse militie celi in duobus atrijs tẽpli dñi. Et traduxit filiũ suũ ꝓ ignẽ et ariolatꝰ ẽ. et obꝟuauit auguria. et fecit phitones. et aruspices multiplicauit ut faceret malũ coram dño et irritaret eũ. Posuitq; idolũ luci quẽ fecerat in templo dñi: sup q̃ locutꝰ est dñs ad dauid et ad salomonẽ filiũ eius. In templo ꝟ et in ierlm quã elegi ꝛe cunctis tribubus isrl ponã nomẽ meũ in sempiternũ. et vltra nõ faciã cõmoueri pedẽ isrl ꝛe ẽra quã vedi pribꝰ eoꝝ. si tñ custodierint ope oĩa q̃ pcepi eis. et vniũsam legẽ quã mandauit eis seruus meꝰ moyses. Illi vero nõ audierũt: sed inducti sũt a manasse: ut facerẽt malũ sup gẽtes q̃s cõtriuit dñs a facie filioꝝ isrl. Locutusq; ẽ dñs in manu ꝟuoꝝ suoꝝ ꝓphetaꝝ dicẽs

Quia fecit manasses rex iuda abhominationes istas pessimas sup oia q̄ fecerūt amorrei ante eū. & peccare fecit etiā iudā in īmūdicijs suis: ꝓpterea h̄ dicit dñs ds isrl. Ecce ego inducā mala sup irl̄m & iudā: ut q̄cūq; audierit: tinniāt ābe aures ei⁹. Et extēdā sup irl̄m funiculū samarie & pondus dom⁹ achab. & delebo irl̄m sicut deleri solent tabule. Delens vertā. & ducā crebrius stilū sup faciē ei⁹. Dimittā ꝙo reliquias hereditat⁹ mee & tradā eas i manus inimicoꝝ ei⁹. erūtq; i vastitatē & in rapinam cunct⁹ adūsarijs suis eo q̄ fecerint malū cozā me. & pseuerauerūt irritantes me ex die qua egressi sunt pres eozū ex egypto vsq; ad hanc die. Insup & sanguinē inoxiū fudit manasses multū nimis donec impleret irl̄m vsq; ad os: absq; pctis suis quibus peccare fecit iudā ut faceret malū cozā dño. Reliq̄ aūt sermonū manasse & vniuersa q̄ fecit. & peccatū ei⁹ q̄ peccauit: nōne h̄ scripta sūt i libro ꝓmonū dierū regū iuda? Dormiuitq; manasses cū ꝓib⁹ suis. & sepult⁹ e i horto dom⁹ sue. in horto oçā. & regnauit amon filius ei⁹ ꝓ eo. Vigintiduoꝝ annoꝝ erat amon cū regnare cepisset: duob⁹ q̄ annis regnauit i irl̄m. Nomē mris ei⁹ mesallemeth filia arus de ietheba. Fecitq; malū in ꝓspectu dñi sic fecerat manasses pr̄ eius & ābulauit i oi via p quā ābulauerat pat̄ ei⁹. Seruiuitq; īmūditijs q̄b⁹ seruierat pat̄ ei⁹. & adorauit eas. & dereliq̄t dñm ds patꝝ suoꝝ & nō ābulauit i via dñi. Et tetenderūtq; ei insidias pui sui. & interfecerūt regē i domo sua. Percussit aūt ꝓp̄l⁹ terre cūctos q̄ ꝓiurauerant ꝙ regē amon. & cōstituerunt sibi regē iosiā filiū ei⁹ ꝓ eo. Reliq̄ aūt sermonū amō q̄ fecit: nōne hec scripta sūt i libro sermonū dierū regū iuda? Sepelierūtq; eū in sepulchro suo i horto oçam. & regnauit iosias filius eius ꝓ eo.

Octo annoꝝ erat iosias cū regnare cepisset. & triginta vno anno regnauit in irl̄m. Nomen mris eius ydida filia phadaia de bosecha. Fecitq; quod placitū erat cozā dño: & ambulauit p omnes vias dauid pris sui. Nō declinauit ad dexteram siue ad sinistrā. Anno aūt octauo decimo regis iosie misit rex saphan filiū aslia filij mesullam scribā templi dñi. dicens ei. Vade ad helchiā sacerdotem magnū ut cōflet pecuniā q̄ illata e in tēplū dñi: quā collegerūt ianitores templi a ꝓp̄lo: deturq; fabris ꝓpositis domus dñi. Qui & distribuāt eā his qui opant in tēplo dñi ad instaurāda sartatecta templi. tignarijs videlicet & cemētarijs. & bis q̄ inēruptacomponūt. & ut emant ligna & lapides de lapicidinis ad instaurandū tēplū dñi. Verūtn nō supputet eis argentū qd accipiūt: q̄ in ptate habent & in fide. Dixit aūt helchias pontifex ad saphan scribā. Librū legi reperi in domo dñi. Traditq; helchias volumē saphan scribe. qui & legit illud. Venit q̄q; saphan scriba ad regem: & renūciauit ei qd ꝓcepat. & ait: Conflauerūt serui tui pecuniā que reperta e in domo dñi: & dederūt ut distribueret fabris ac p̄fectis opeꝝ templi dñi. Narrauit quoq; saphan scriba regi dicens: Librū dedit mihi helchias sacerdos. Que cū legisset saphan coram rege: & audisset rex verba libri legis dñi. scidit vestimēta sua: & ꝓcepit helchie sacerdoti & abichā filio saphā & achobor filio micha & saphan scribe & asaie seruo regis dicēs: Ite & consulite dñm sup me & sup ꝙ̄lo & super oi iuda. de ꝙbis voluminis istius qd inuentū est. Magna.n. ira dñi succensa e ꝙ nos: quia nō audierūt pres nri ꝙba libri hui⁹ ut facerēt de qd scriptū est nobis. Ierūt itaq; helchias sacerdos & abichā & achobor & saphan & asaias ad oldā ꝙpheten vxorem sellū filij thecue filij aras custodis vestiū q̄ habitabat i irl̄m in secūda: locutiq; sūt ad eā. Et illa rndit eis. Hec dicit dñs ds isrl. Dicite viro q̄ misit vos ad me. Hec dicit dñs. Ecce ego adducam mala sup locū istū & sup habitatores ei⁹. oia verba legis q̄ legit rex iuda: qa dereliquerūt me. & sacrificauerūt dijs alienis irritātes me i cunctis opibus manuū suaꝝ. Et succēdet indignatio mea in loco h̄. nō extinguet. Regi aūt iuda qui misit vos ut cōsuleretis dñm. sic dicetis. Hec dic dñs ds isrl: ꝓ eo q̄ audisti ꝙba volumis & pterritū e cor tuū & humiliat⁹ es cozā dño: audit⁹ sermonib⁹ ꝙ locū istū & habitatores ei⁹. q̄ videlicet fierēt i stupozē & in maledictū. & scidisti vestimēta tua. & flenisti cozā me & ego audiui ait dñs: idcirco colligā te ad pres tuos. & colligeris ad sepulchrū tuū in pace: ut non videant oculi tui omnia mala que inducturus sū sup locū istū. XXIII

Et renunciauerūt regi quod dixerat. Qui misit: & congregati sunt ad eū cūctos senes iuda & irl̄m. Ascēditq; rex templum dñi. & cūctus viri iuda. vniuersiq; qui

habitabãt in ierm cũ eo. sacerdotes ⁊ ꝓphete: ⁊ ois pplus a paruo vsq; ad magnum: legitq; cũctis audiẽtib⁹ oia verba libri federis qui inuentus ẽ in domo dñi. Stetitq; rex sup gradũ ⁊ fed⁹ pcussit corã dño: ut ãbularẽt post dñm: ⁊ custodirẽt pcepta ei⁹ ⁊ testimonia ⁊ cerimonias ĩ oi corde ⁊ ĩ tota aia: ⁊ suscitarent verba federis bui⁹ q̃ scripta erant i libro illo. Acq̃euitq; pplus pacto. Et pcepit rex helchie ⁊ pontifici ⁊ sacerdotib⁹ secũdi ordinis ⁊ ianitorib⁹ ut ꝓicerẽt de templo dñi oia vasa q̃ facta fuerãt baal ⁊ i luco ⁊ vniuse militie celi ⁊ cõbussit ea foris ierm i qualle cedron. ⁊ tulit puluerẽ eorum in bethel. Et delevit aruspices q̃s posuerãt reges iuda ad sacrificandũ i excelsis p ciuitates iuda ⁊ i circuitu ierm. ⁊ eos q̃ adolebãt incensũ baal ⁊ soli ⁊ lune ⁊ duodecim signis ⁊ oi militie celi. Et efferri fecit lucũ de domo dñi foras ierm i cõualle cedron ⁊ cõbussit eũ ibi ⁊ redegit i puluerẽ. ⁊ iecit super sepulchra vulgi. Destruxit ꝙq; ediculas effeminatorũ q̃ erãt in domo dñi: ꝓ quibus mulieres texebãt q̃si domũculas luci. Cõgregauitq; oẽs sacerdotes de ciuitatib⁹ iuda: ⁊ cõtaminauit excelsa vbi sacrificabãt sacerdotes. de gabaa vsq; bersabee. Et destruxit aras portarũ in introitu osti iosue pncipis ciuitatis q̃ erat ad sinistrã porte ciuitatis. Verũtñ nõ ascendebãt sacerdotes excelsorum ad altare dñi in ierm. ſ tñ comedebãt acima in medio fratrũ suor. Cõtaminauit quoq; tophet q̃ est in cõualle filii ennon: ut nemo consecraret filiũ suũ aut filiã ꝓ ignẽ moloch. Abstulit ꝙq; equos quos dederãt reges iude soli in introitu tẽpli dñi iuxta exedrã nathanemelech eunuchi. qui erat in pbarurim. currus aũt solis cõbussit igni. Altaria ꝙq; que erãt sup tecta cenaculi achaz que fecerãt reges iuda. ⁊ altaria que fecerat manasses in duob⁹ atrijs templi dñi destruxit rex. ⁊ cucurrit inde ⁊ dispersit cinerẽ eorũ in torrẽtẽ cedron. Excelsa ꝙq; que erãt in ierm ad dexterã ptẽ montis offensionis q̃ edificauerat salomõ rex isrl astaroth idolo sidoniorum. ⁊ chamos offensioni moab. ⁊ melchon abhominationi filiorũ amon polluit rex. ⁊ cõtriuit statuas ⁊ succidit lucos: repleuitq; loca eorũ ossib⁹ mortuorũ. Insup ⁊ altare q̃ erat in bethel. ⁊ excelsũ q̃ fecerat hieroboã fili⁹ nabath q̃ peccare fecit isrl. ⁊ altare illud excelsũ destruxit atq; cõbussit ⁊ cõminuit in puluerẽ: succenditq; etiã lucũ. Et cõuersus iosias vidit ibi sepulchra que erãt in mõte: misitq; ⁊ tulit ossa de sepulchris. ⁊ cõbussit ea sup altare. ⁊ polluit illud iuxta ꝙbũ dñi q̃ locutus ẽ vir dei q̃ pdixerat verba hec. Et ait: Quis est titulus iste quẽ video? Responderũtq; ei ciues vrbis illi⁹. Sepulchrũ ẽ vois dei q̃ venit de iuda. ⁊ pdixit ꝙba hec que fecisti sup altare bethel. Et ait: Dimittite eũ. Nemo cõmoueat ossa ei⁹. Et intacta mãserunt ossa illi⁹ cũ ossib⁹ ꝓphete q̃ venerãt de samaria. Insup ⁊ oia pdana excelsoꝝ q̃ erant in ciuitatib⁹ samarie q̃ fecerãt reges isrl ad irritandum dñm. abstulit iosias ⁊ fecit eis scom oia q̃ fecerat in bethel. Et occidit vniversos sacerdotes excelsorũ q̃ erãt ibi sup altaria. ⁊ cõbussit ossa humana sup ea. Reuersusq; ẽ ierm ⁊ pcepit oi pplo dicẽs. Facite phase dño deo vro: sm qd scriptũ ẽ in libro federis hui⁹. Nec enim fcm ẽ phase tale a diebus iudicũ q̃ iudicauerũt isrl ⁊ omnes dies regũ isrl ⁊ regũ iuda: sicut i octauodecimo ãno regis iosie factũ est phase istud dño in ierm. Pyz ⁊ phitones ⁊ aridolos ⁊ figuras idoloꝝ ⁊ immũditias ⁊ abhominationes q̃ fuerũt in terra iuda ⁊ ierm abstulit iosias. ut statueret verba legis q̃ scripta sunt in libro quẽ invenit helchias sacerdos i templo dñi. Similis illi nõ fuit ante eũ rex. q̃ reuerteret ad dñm in omi corde suo ⁊ in tota anima sua ⁊ vniusa vritute sua iuxta cõm legẽ moysi. neq; post eũ surrexit similis illi. Verũtñ nõ est aversus dñs ab ira furoris sui magni: q̃ irat⁹ ẽ furor ei⁹ cõ iudã ꝓ irritatiões q̃b⁹ ꝓuocauerat eũ manasses. Dixit itaq; dñs. Etiã iudã auferã a facie mea sicut abstuli isrl. ⁊ ꝓiciã ciuitatem hãc quã elegi ierm ⁊ domũ de qua dixi: erit nomen meũ ibi. Reliq̃ aũt sermonũ iosie ⁊ vniversa q̃ fecit: nõne hec scripta sũt i libro verborũ dieꝝ regũ iuda? In diebus ei⁹ ascendit pharao nechao rex egypti cõ rege assyrioꝝ ad flumen eufraten. Et abiit iosias rex iuda i occursum ei⁹. ⁊ occisus est i mageddo cũ vidisset eũ. Et portauerunt eũ serui sui mortuũ de mageddo ⁊ ptulerũt in ierm. ⁊ sepelierunt eũ in sepulchro suo. Tulitq; pplus terre ioachaz filiũ iosie. ⁊ vnxerũt eũ: ⁊ pstituerũt eũ regẽ ꝓ pre suo. Vigintitriũ annoꝝ erat ioachaz cũ regnare cepisset. ⁊ trib⁹ mẽsib⁹ regnauit in ierm. Nomen matris ei⁹ amithal. filia ieremie de lobna. Et fecit malũ corã dño: iuxta oia q̃

bes iuda: atq erudiebāt ꝓplm. Itaq fact⁹ est
pauor dni sup oia regna terraꝝ q erāt p gyr
iuda: nec audebant bellare ꝛ iosaphat. Sed &
philistei. iosaphat munera referebāt. & vecti
gal argēti. Arabes q̄q adducebāt pecora arie-
tū septē milia septingētos. & hircos totidem.
Creuit g iosaphat & magnificat⁹ est vsq in
sublime. atq edificauit i iuda vomos ad in-
star turriū. vrbesq muratas. & multa opa pa-
trauit in vrbib⁹ iuda. Viri q bellatores & ro
busti erāt in irlm. quoꝝ iste numer⁹ p domos
atq familias singuloꝝ: In iuda ꝓnceps exer-
citus ednas dux. & cū eo robustissimoꝝ viri
trecēta milia. Post hūc iohānan ꝓnceps. &
cū eo ducēta octoginta milia. Post illum q̄q
amasias filius zechri cōsecratus dño. & cū eo
ducenta milia virorum fortiū. Hunc seque-
batur robustus ad ꝓlia eliada. & cum eo te-
nentium arcū & clypeū ducenta milia. Post
istū etiā ioçadab & cū eo centū octoginta mi
lia expeditoꝝ militū. Hi oēs erant ad manū
regis: exceptis alijs quos posuerat in vrbibus
muratis. & in vniuerso iuda.

CAPVT XVIII

Fuit g iosaphat diues & inclytus mul
tū. & affinitate cōiunct⁹ē achab: descē-
ditq post annos ad eū in samariā. Ad
cuius aduentū mactauit achab arietes & bo-
ues plurimos ipsi & ꝓplo qui venerat cum eo.
psuasitq illi ut ascenderet in ramoth galaad.
Dixitq achab rex isrl ad iosaphat regē iuda.
Veni mecū i ramoth galaad. Cui ille rñdit.
Ut ego & tu: sicut ꝓplus tuus sic & popul⁹ me⁹
tecūq erimus in bello. Dixit iosaphat ad re-
gem isrl. Cōsule obsecro impñtiarū sermonē
dni. Cōgregauit igit rex isrl ꝓphetaꝝ q̄drin-
gētos viros. & dixit ad eos: In ramoth ga-
laad ad bellandū ire debem⁹. an q̄escē? At illi
ascēde inquiūt. & tradet de⁹ i manu regi. Di-
xitq iosaphat. Nūq̄d nō ē hic ꝓphetes dni: ut
abillo etiā requiram? Et ait rex isrl ad iosa-
phat. Est vir vn⁹ a q̄ possum⁹ q̄rē dni volun-
tatē. ꝑ ego odi eū q̄a nō ꝓphetat mihi bonū: ꝑ
malū oi tpe. Est aūt micheas filius iemla. Di-
xitq iosaphat. Ne loq̄tur rex hoc mō. Voca-
uit g rex isrl vnū de eunuchis. & dixit ei:
Voca cito micheā filiū iemla. Porro rex isrl
& iosaphat rex iuda. vtq sedebāt i solio suo
vestiti cultu regio. Sedebāt aūt in area iuxta
portā samarie: cōspq ꝓphete vaticinabant co-
ram eis. Sedechias vo filius chanana fecit sibi
cornua ferrea. & ait: Hec dicit dns. His ven-
tilabis syriā donec cōteres eā. Oēsq ꝓphete
similiter ꝓphetabāt atq dicebāt. Ascēde in ra-
moth galaad & psperaberis. & tradet eos dns
in manu regis. Micheas aūt q̄ ierat ad vocādū
micheā. ait illi. En ꝓba oīus ꝓphetaꝝ vno ore
bona regi ānūciāt. Quesо g̃ te ut sermo tu⁹
ab eis nō dissentiat. loq̄risq ꝓspera. Cui re-
spondit micheas: Viuit dns. q̄a q̄cūq dixe-
rit mihi deus me⁹ hoc loq̄r. Venit g ad regē. Cui
rex ait: Micheа. ire debem⁹ in ramoth gala-
ad ad bellandū. an quiescere? Cui ille rñdit:
Ascendite: cuncta. n. ꝓspera euenēt & tradē-
mini in manus vras. Dixitq rex. Iterū atq
iterū te adiuro. ut mihi nō loquaris nisi qđ ver
est i nōie dni. At ille ait: Vidi vniuersū isrl
dispersū i mōtib⁹ sicut oues absq pastore. Et
dixit dns. Nō hūt isti dnos: reuertat⁹ vnus-
q̄sq in domū suā i pace. Et ait rex isrl ad io-
saphat. Nōne dixi tibi q nō ꝓphetaret iste mi
hi q̄cq bonū: ꝑ ea q̄ mala sūt? At ille: idcirco ait
audite verbū dni. Vidi dnm sedentē in solio
suo. & oēm exercitū celi assistentē ei a dextris
& a sinistris. Et dixit dns. Quis decipiet achab
regē isrl ut ascendat & corruat i ramoth gala
ad? Cūq diceret vnus hoc mō. & alē alio: pces
sit spūs & steterit corā dño. & ait: Ego decipiā
eum. Cui dns: in q̄ inq̄t decipies? At ille re-
spondit. Egrediar. & ero spūs mendax in ore
oīus ꝓphetaꝝ ei⁹. Dixitq dns. Decipies & p̄-
ualebis: egrede & fac ita. Nūc igit ecce dns
dedit spm mendacij ore oīus ꝓphetaꝝ tuoꝝ
& dns locutus ē de te mala. Accessit aūt se-
dechias filius chanana. & percussit micheе ma-
xillā. & ait. Q quā viā trānsiuit spūs dni a me
ut loqueretur tibi? Dixitq micheas. Ty ipse

videbis in die illo: qñ ingressus fueris cubiculū ꝛ cubiculo·ut abscondaris. ℙrecepit aūt rex ysrl' dicēs: Tollite micheā ⁊ ducite eum ad āmon pncipē ciuitat⁹ ⁊ ad ioas filiū amalech. ⁊ dicet⁹. Hec dicit rex. Mittite hunc in carcerē. ⁊ date ei panis modicū. ⁊ aq̄ paucrillū donec reuertar ī pace. Dixitq; micheas. Si reuŕsus fueris in pace: nō ē dñs locut⁹ ī me. Et ait: Audite cēs ppli. Igit' ascenderunt rex ysrl' ⁊ iosaphat rex iuda in ramoth galaad: dixitq; rex ysrl' ad iosaphat. Mutabo habitū. ⁊ sic ad pugnā vadā: tu aūt induē ꝛstib⁹ tuis. Mutatoq; rex ysrahel habitu venit ad bellū. Rex aūt syrie ꝓcepat ducib⁹ eq̄tat⁹ sui dicēs Me pugnetis ꝫ minimū· aut ꝫ maximū: nisi ꝫ solū regē ysrl'. Itaq; cū vidissent pncipes· eq̄tat⁹ iosaphat· dixerūt: Rex ysrl' est iste. Et circūdederūt eū dimicātes. At ille clamauit ad dñm. ⁊ auxiliat⁹ ē ei: atq; auertit eos ab illo. Cū.n. vidissent duces eq̄tat⁹ q; nō esset rex ysrl'. reliquerūt eū. Accidit aūt ut vnus e populo sagittā ī incertū iaceret. ⁊ pcutēt regem ysrl' inē ceruicē ⁊ scapulas. At ille auriga suo ait: Cōuerte manū tuā. ⁊ educ me ꝛ acie: q̄a vulnerat⁹ sū. Et finita ē pugna ī die illo. Porro rex ysrl' stabat i curru suo ꝫ syros· vsq; ad ꝛsperā. ⁊ mortuus est occidēte sole.

RExit aūt iosaphat rex iuda in domū suā pacifice in irlm

XIX

Cui occurrit iehu filius anani videns ⁊ ait ad eum. Impio ꝓbes auxiliū. ⁊ bis qui oderūt dñm amicitia iungeris. ⁊ idcirco irā q̄dē dñi merebar⁹. ꝟ bona opa inuēta sūt ī te: eo q̄ abstuleris lucos ꝛ ēra iuda. ⁊ ꝓgaueris cor tuū ut req̄reres dñm ꝛū pat⁹ tuor. Habitauit q̄ iosaphat in irlm. Rursūq; egressus est ad pplm· ꝛ bersabee vsq; ad mōtē ephraim ⁊ reuocauit eos ad dñm ꝛum patrū suorū cōstituitq; iudices ꝛe ī cūctis ciuitatib⁹ iuda munitis p singula loca. ⁊ pcipiēs iudicib⁹· vi· ꝛte ait q̄d faciat⁹. Nō eni hois exercet⁹ iudiciū ꝟ dñi. ⁊ qcūq; iudicaueritis· in vos redūdabit. Sit timor dñi vobiscū. ⁊ cū diligētia cuncta facite. Nō ē eni apud dñm ꝛū nīm iniq̄tas· nec pson̄arū acceptio· nec cupido munerū. In irlm q̄q; cōstituit iosaphat leuitas ⁊ sacerdotes ⁊ pncipes familiar⁹ ex ysrl' ut iudicium ⁊ cām dñi iudicarēt habitatoribus ei⁹: ꝓcepitq; eis dicēs: Sic agetis in timore dñi fideliē ⁊ corde pfecto. Q̄ cām cāq; que venerit ad vos fratrū vrorū q̄ habitāt ī vrbib⁹ suis· inē cogtionē ⁊ cogtionē vbicūq; q̄stio est ꝛ lege· ꝛ mādato· ꝛ cerimonijs· ꝛ iustificationib⁹ oñdite eis ut nō pcecēt in dñm. ⁊ ne ꝛniat ira sup vos ⁊ sup frēs vros. Sic q̄ agentes nō peccabit⁹. Amarias aūt sacerdos ⁊ pōtifex vr· in bis q̄ ad ꝛū ptinēt psidebit. Porro çabadias filius ismahel q̄ ē dux ī domo iuda: sup ea opa erit q̄ ad regis officiū ptinent. Habetisq; mgros leuitas coram vobis: ꝓfortami· ⁊ agite diligēt·. ⁊ erit dñs vobiscū in bōis.

POst hꝫ cōgregati sūt filij

XX

moab ⁊ filij āmon ⁊ cū eis ꝛ āmonitis ad iosaphat: ut pugnarēt cōtra eū. Uenerūtq; nūcij. ⁊ indicauerūt iosaphat dicētes: Uenit ꝫ te multitudo magna ꝛ bis locis q̄ trās mare sūt ⁊ ꝛ syria. ⁊ ecce ꝓsistūt in asasontbamar· q̄ ē engaddi. Iosaphat aūt timore pterrit⁹. totū se contulit ad rogandū dñm. ⁊ ꝓdicauit ieiuniū vniuerso iuda. Cōgregatusq; ē iudas ad ꝛpecandū dñm: ꝫ ⁊ cēs ꝛ vrbib⁹ suis venerūt ad obsecrandū eū. Cūq; stetisset iosaphat in medio cetu iude ⁊ irlm in domo dñi añ atriū nouū ait: Dñe ⁊ pat⁹ nr̄or tu es ⁊ in celo. ⁊ dñaris cunctis regnis gētiū. In manu tua ē fortitudo ⁊ potētia: nec q̄squ tibi pōt resistere. Nōne tu ⁊ nr̄ interfecisti cēs habitatores terre hui⁹ coram pplo tuo ysrl'. ⁊ dedisti eā semini abrahā amici tui in sempiternū? Habitauerūtq; in ea. ⁊ extruxerūt ī illa sanctuariū nomi tuo dicētes. Si irruerit sup nos mala· gladi⁹ iudicij· pestilētia ⁊ fames· stabim⁹ coram domo hac ī ꝫspectu tuo in q̄ invocatū ē nomē tuū. ⁊ clamabim⁹ ad te in tribulationib⁹ nr̄is: ⁊ exaudies nos saluosq; facies. Nunc igitur ecce filij āmon ⁊ moab ⁊ mons seir ꝓ quos nō cōcessisti ysrl' ut trāsirent q̄n egrediebant⁹ ꝛ egypto· ꝟ ꝛ elinauerūt ab eis ⁊ nō inꝛfecerūt illos· ecce rio agut ⁊ nitunt⁹ eijcē nos ꝛ possessiē quā tradidisti nob⁹ ⁊ nr̄. Ergo nō iudicab eos? In nobis quidē nō ē tanta fortitudo ut possimus huic multitudini resistere que irruit sup nos: ꝟ cū ignoremus q̄d agē ꝛ eam⁹ ꝟ solū hēm⁹ reliqui ut oculos nr̄os dirigam⁹ ad te. Dixit ꝓo iuda stabat coram dño: cū paruulis ⁊ vxorib⁹ ⁊ liberis suis. Erat aūt iaçihel filius çacharie filij banaie filij iehiel filij matthanie leuites ꝛ filijs asaph: sup quē fact⁹ est spūs dñi in medio turbe ⁊ ait: Attēdite oēs iuda. ⁊ q̄ habitat⁹

in irlm. ⁊ tu rex ioſaphat. hec dicit dñs vobis. Nolite timē nec paueatis hāc multitudinē. Nō ē.n. vra pugna: ſ dei. Cras descēdetis eos. Ascēsuri.n. iūt p cliuū noie leis: ⁊ inuenietis illos in fūmitate torrētis q eſt ptra ſolitudinē hieruhel. Nō.n. eritis vos q̄ dimicabitis: ſ tm modo cōfidenter state, ⁊ videbitis auxiliū dñi ſup vos. O iuda ⁊ irlm nolite timere nec paueatis. Cras egrediemi ē eos ⁊ dñs erit vobiſcum. Ioſaphat ḡ ⁊ iuda ⁊ oēs habitatores irlm ceciderunt ꝓni in trā corā dño. ⁊ adorauerūt eū. Porro leuite de filijs caath ⁊ de filijs core laudabāt dñm deū iſrl voce magna in excelſū. Cūq; mane ſurrexiſſent egreſſi ſūt p deſertū thecue. pfectiſq; eis ſtās ioſaphat i medio eor dixit: Audite me viri iuda. ⁊ oēs habitatores irlm. Credite in dño deo vro. ⁊ ſecuri eritis: credite ꝓphetis ei⁹ ⁊ cūcta euenīet ꝓſpa. Deditq; ꝑſiliū ꝓpo ⁊ ſtatuit cantores dñi ut laudarēt eū in turmis ſuis. ⁊ añcedерēt exercitū. ac voce conſona dicerēt: Confitemi dño: qñ in ternū miſericordias eius. Cūq; cepiſſent laudes canere. ꝓtit dñs inſidias eor in ſemetipſos filiorū. s. ammon ⁊ moab ⁊ mōtis ſeir. qui egreſſi fuerāt ut pugnarēt ꝑ iudā. ⁊ pcuſſi ſūt. Hamq; filij ām⁹ ⁊ moab cōſurrexerūt aduerſum habitatores mōtis ſeir: ut inēt ficerēt. ⁊ delerēt eos. Cūq; ſ oge ꝓperaſſent: etiam in ſemetipſos vertūt mutuis cōcidere vulnerib⁹. Porro iuda cum venīſſet ad ſpeluncā que reſpicit ſolitudinem vidit. pcul oēm late regionē plenā cadaueribus: nec ſuperſſe quēq; qui necē potuiſſet euadere. Venit ḡ ioſaphat ⁊ oīs ꝓplus cū eo ad retrahēda ſpolia mortuor. inuenerūtq; inter cadavera varia ſupellectilē. veſtes q̄ ⁊ vaſa pretioſiſſima. ⁊ diripuerūt: ita ut oia portare non poſſent: nec ꝑ tres dies ſpolia auferrēt ꝓ prede magnitudine. Die aūt quarto congregati ſunt in valle bñdictionis. Etenī qñ ibi bñdixerūt dño: vocauerūt locū illum vallis bñdictiōis vſq; i ꝓſētē diē. Reuerſuſq; ē ois vir iuda ⁊ habitatores irlm. ⁊ ioſaphat añ eos i irlm cū leticia magna. eo q̄ vicciſſet eis dñs min⁹ gaudiū de inimicis ſuis. Ingreſſiq; ſunt in irlm cū pſalteriis ⁊ citharis ⁊ tubis i domū dñi. Irruit aūt pauor dñi ſup vniuerſa regna terr: cum audiſſent q̄ pugnaſſet dñs cū inimicos iſrl. Quieuitq; regnū ioſaphat. ⁊ dedit ei dñs pacē p circuitū. Regnauit igit ioſaphat ſup iudā. ⁊ erat triginta q̄q; ānor cū regnare cepiſſet. Viginti aūt ⁊ q̄q; ānis regnuit in irlm. ⁊ nomē mris eius azuba filia ſelachi. Et ābulauit i via pris ſui aſa nec declinauit ab ea. faciēs q̄ placita erant corā dño. Verūtn excelſa non abſtulit. ⁊ adhuc pplus nō direxerat cor ſuū ad dñm deū patrū ſuor. Reliqua aūt geſtor ioſaphat ꝓrī ⁊ nouiſſimor ſcripta ſūt in ꝓbis iehu filij anani: q̄ digeſſit in librū regum iſrl. ꝑ hāc inīt amicitias ioſaphat rex iuda cum ochozia rege iſrl cui⁹ opa fuerūt ipiſſima ⁊ pticeps fuit ut faceret naues q̄ trēt i tharſis: feceruntq; claſſem in aſiongaber. Prophetauit autem eliezer filius dodau de mareſa ad ioſaphat dicens: Quia habuiſti fedus cum ochozia. pcuſſit dñs opa tua: contriteq; ſunt naues nec potuerunt ire in tharſis.

XXI

Dormiuit aūt ioſaphat cū pribꝰ ſuis ⁊ ſepultꝰ ē cū eis in ciuitate dauid: regnauit ioram filiꝰ eius ꝓ eo. Qui habuit frēs filios ioſaphat: azariā ⁊ iahiel ⁊ zachariā ⁊ azariā ⁊ michahel ⁊ ſaphatiam. Oēs hi filij ioſaphat regis iuda. Dedit q; eis pr̄ ſuus multa munera argēti ⁊ auri. ⁊ pēſaticēs cū ciuitatib⁹ munitiſſimis iuda. regnū aūt tradidit ioram eo q̄ eēt ꝓmogenit⁹. Surrexit aūt ioram ſup regnū pris ſui. Cūq; ſe cōfirmaſſet: occidit omnes frēs ſuos gladio ⁊ q̄ſdā de ꝓncipib⁹ iuda. Triginta duor ānor erat ioram cū regere cepiſſet. ⁊ octo ānis regnauit i irlm: ambulauitq; in vijs regū iſrl ſicut egerat dom⁹ achab. Filia quippe achab erat vxor ei⁹. Et fecit malū i ꝓſpectu dñi. Noluit aūt dñs diſperdere domū dauid ꝓpē pactū q̄ inierat cū eo. ⁊ q̄. pmiſerat ut daret ei lucernā ⁊ filijs ei⁹ i oi tpe. In diebꝰ illis rebellauit edom ne eēt ſubdit⁹ iude. ⁊ ꝓſtituit ſibi regem. Cūq; tranſiret ioram cū ꝓncipib⁹ ſuis ⁊ cūcto eqtatu q̄ erat ſecū: ſurrexit nocte ⁊ pcuſſit edom q̄ ſe circūdederat. ⁊ oēs duces eqtat⁹ ei⁹. Attn rebellauit edom ne eſſet ſub ditiōe iuda: vſq; ad hāc diē. Eo tpe ⁊ lobna receſſit: ne eēt ſub manu illi⁹. Dereliq̄rat.n. dñm deū patrū ſuor: inſuper ⁊ excelſa fabricatus ē in vrbib⁹ iuda. ⁊ fornicari fecit habitatores irlm. ⁊ ꝓuaricari iudā. Allate ſūt aūt ei lre abelie ꝓpha: i q̄bus ſcriptū erat. Hec dicit dñs deꝰ dauid pris tui. Qm̄ nō ābulaſti i vijs ioſaphat pris tui ⁊ i vijs aſa regis iuda.

ß incessisti p iter regū ilrl. ⁊ fornicari fecisti iudā ⁊ habitatores irlm imitat⁹ fornicationē domus achab: insup ⁊ frēs tuos domū patris tui meliores te occidisti: ecce dñs percutiet te plaga magna cū pplo tuo ⁊ filijs ⁊ uxoribus tuis: ⁊ uniuſq; ſubſtātia tua. Tu aūt egrotabis pessimo lāguore uteri: donec egrediant̄ uitalia tua paulati p singulos dies. Suscitauit ḡ dñs ꝫ iozā ſpm philistinox ⁊ arabū q̄ pfines ſūt ethiopib⁹. ⁊ aſcēderūt in trā iuda ⁊ uaſtauerūt eā. Diripuerūtq; cunctam ſubſtantiā q̄ inuēta ē in domo regis: insup ⁊ filios ei⁹ ⁊ uxores. Nec remāſit ei fili⁹ niſi ioachaz q̄ minim⁹ natu erat. Et ſup hoc oia pcuſſit eū dñs aluj languore iſanabili. Cūq; dies succederet dies. ⁊ tēpoꝝ ſpatia uoluerēt duox annox expletꝰ ē circul⁹. ⁊ ſic lōga pſūptus tabe ita ut egēt etiā uiſcera ſua languore parit ⁊ uita caruit. Mortuuſq; ē in infirmitate pessima. ⁊ nō fecit ei pplus pm mortē cōbuſtionis exequias: ſicut fecerat maioꝝ⁹ ei⁹. Triginta duox annox fuit cū regnare cepiſſet. ⁊ octo ānis regnauit in irlm. Ambulauitq; non recte. ⁊ ſepelierūt eū in ciuitate dauid: uerūtñ non in ſepulcris regum.

.XXII.

Conſtituerūt aūt habitatores irlm ochoziam filiū eius minimū regē p eo. Omēs. n. maiores natu q̄ ante eum fuerāt interfecerāt latrones arabū q̄ irruerāt i caſtra. Regnauitq; ochozias filꝰ iozā regis iuda. Quadraginta duox ānox erat ochozias cū regre cepiſſet. ⁊ uno āno regnauit i irlm ⁊ nomē mris ei⁹ athalia filia amri. Et ipſe ingreſſus ē p uias dom⁹ achab. Mal. n. eius impulit eū ut impie agēt. Fecit igit malū in ꝓſpectu dñi ſicut dom⁹ achab. Ipſi. n. fuerūt ei conſiliarij p⁹ mortē pris ſui in interitū eius: ambulauitq; in conſilijs eox. Et preiit cū ioram filio achab rege iſrl in bellū ꝫ haſahel regē ſyrie i ramoth galaad: uulnerauerūtq; ſyri ioram. Qui reuſus ē ut curaret i iezrahel. Multas. n. plagas accepat in ſupdicto certamine. Igit ochozias filꝰ iozā rex iuda deſcendit ut inuiſeret iozā filiū achab in iezrahel egrotātē. Volūtatiq; ꝺ̄ꝑ fuit dei aduerſus ochoziā ut ueniret ad ioram. ⁊ cū uenisſet egrederet cū eo aduerſum iehu filiū namſi quē unxit dñs ut deleret domū achab. Cūq; euerteret iehu domū achab inuenit pncipes iuda ⁊ filios fratrū ochozie q̄ miſtrabāt ei. ⁊ interfecit illos. Ipſū q̄q; quirētē ochoziā cōprehendit latitātē in ſamaria adductūq; ad ſe occidit. ⁊ ſepelierūt eū eo q̄ eēt filꝰ ioſaphat. q̄ q̄ſierat dñm in toto corde ſuo. Nec erat ultra ſpes aliq̄: ut de ſtirpe eius regnaret ochozie. Siqdē athalia mr ei⁹ uidēs q̄ mortu⁹ eēt filꝰ ſuus: ſurrexit ⁊ interfecit oēm ſtirpē regiā dom⁹ iozā. Porro ioſabeth filia regis tulit ioas filiū ochozie. ⁊ furata ē eū de medio filioꝝ regis cū interficerēt abſconditq; eū cū nutrice ſua in cubiculo lectuloꝝ. Ioſabeth aūt q̄ abſcōderat eū. erat filia regis iozā. uxor ioiade pōtificis ſororis ochozie. ⁊ ideirco athalia nō interfecit eū. Fuit ḡ cū eis i domo dei abſcōditus ſex annis: quib⁹ regnauit athalia ſup terrā.

.XXIII.

Anno aūt ſeptimo ꝓfortatus ioiada aſſūpſit cēturiones: acariā videlicet filiū hierobōā ⁊ iſmahel filiū iohanan. azariam q̄q; filiū obed. ⁊ maaſiam filium adaie. ⁊ eliſaphat filiū zechri. ⁊ iniit cum eis fedus. Qui circūeūtes iudā congregauerūt leuitas de cūctis urbib⁹ iuda. ⁊ principes familiaꝝ iſrl: uenerūtq; in irlm. Iniitq; ois multitudo pactū in domo dei cū rege. Dixitq; ad eos ioiada. Ecce filꝰ regis regnabit ſicut locutꝰ ē dñs ſup filios dauid. Iſte ē pmo quē facietis. Tertia ps uīm q̄ ueniunt ad ſabbatū ſacerdotū ⁊ leuitaꝝ ⁊ ianitoꝝ erit in portis: Tertia aūt ps ad domū regi. ⁊ tria ad portā q̄ appellat fundamēti. Oēs aūt reliquū uulgꝰ ſint in atrijs domꝰ dñi: nec q̄ſpiā alius ingrediat domū dñi niſi ſacerdotes ⁊ q̄ miſtrant de leuitis. Ipſi tñmodo ingrediant̄ q̄a ſcificati ſunt. ⁊ oē reliquū uulgus obſeruet cuſtodias dñi. Leuite aūt circūdent regē hīntes ſingulj arma ſua. ⁊ ſi q̄s alius ingreſſus fuerit tēplū interficiant̄: ſintq; cū rege. ⁊ intrāte ⁊ egredīte. Fecerūt ḡ leuite ⁊ uniuſus iuda iuxta oia que pcepat ioiada pontifex. Et aſſūpſerūt ſinguli uiros qui ſub ſe erant. ⁊ ueniebant p ordinem ſabbati cū his q̄ iā ipleuerāt ſabbatū ⁊ egreſſi erāt. Siquidē ioiada pōtifex nō dimiſerat abire turmas. q̄ ſibi per ſingulas ebdomadas ſuccedē pſueuerāt. Dedit q̄q; ioiada ſacerdos cēturionib⁹ lāceas clypeoſq; ⁊ peltas regi dauid: q̄s conſecrauerat i domo dñi. Cōſtituitq; oēm pplm tenētiū pugiones a parte dexterī templi uſq; ad partē ſiniſtrā. coram altari ⁊ templo circuitū regi. ⁊ eduxerūt filiū regis ⁊ impoſuerūt ei diadema ⁊ teſtimoniū: ⁊ dederunt q̄q;

in manu eius tenendā legē & cōstituerūt eū regem. Unxit q̄ illū ioiada pontifex & filij eius imp̄catiq; sūt ei atq; dixerūt. Uiuat rex. Audiuit q̄ cū audisset athalia uocē. s. currentiū atq; laudantiū regem: ingressa ē ad pplm in tēplū dñi. Cūq; vidisset regē stantē sup gradū in introitu & p̄ncipes turmasq; circa eū: cēmq; pplm & rem gaudentē atq; clangentē tubis & diuersi generis organis cōcinentem: uocēq; laudantiū: scidit uestimēta sua & ait: Insidie: insidie. Egressus aūt ioiada pontifex ad centuriones & p̄ncipes exercitus dixit eis. Educite illā ex septa tēpli: & interficiat̄ forsi gladio. Praecepitq; sacerdos ne occideret̄ in domo dñi. Et imposuerunt ceruicib⁹ ei⁹ man⁹. Cūq; intrasset portā eq̄rū dom⁹ regi: interfecerūt eā ibi. Pepigit aūt ioiada fedus inter se & uniuersū p̄plm & regē: ut eēt pplus dñi. Itaq; ingressus ē omis pplus domū baal. & destruxerūt eā. & altaria ac simulacra illius confregerūt: matban q̄q; sacerdotē baal interfecerūt añ aras. Cōstituit aūt ioiada prepositos in domo dñi & sub manib⁹ sacerdotū & leuitarū: q̄s distribuit dauid in domo dñi: ut offerrēt holocausta dño sicut scriptū est in lege moysi: in gaudio & cāticō: iuxta dispositionē dauid. Cōstituit q̄q; ianitores i portis dom⁹ dñi: ut nō ingrederet̄ eā immundus i oi re. Assūpsitq; centuriones & fortissimos viros: ac p̄ncipes pplī & cē vulg⁹ terre. & fecerūt descendere regē de domo dñi. & introire per mediū portē superior⁹ in domū regi. & collocauerūt eū in solio regali. Letatusq; est omis pplus terre. & urbs q̄uit. Porro athalia interfecta ē gladio.

Septem annorū erat CXXIIII ioas cū regnare cepisset. & q̄draginta āis regnauit i hrlm. Nomē mris eius sebia de bersabee. Fecitq; qđ bonū ē coram dño: cūctis diebus ioiade sacerdotis. Accepit aūt ei ioiada uxores duas: & q̄b⁹ genuit filios & filias. Post q̄ placuit ioas ut instauraret domū dñi: congregauitq; sacerdotes & leuitas & dixit eis. Egredimini ad ciuitates iuda. & colligite de uniuerso isrl pecuniam ad sarta tecta templi dei uri per singulos annos. festinatoq; hoc facite. Porro leuite egē negligenti⁹. Uocauitq; rex ioiadā p̄incipē. & dixit ei: Quare tibi nō fuit cure ut cogeres leuitas inferre de iuda & hrlm pecuniā q̄ cōstituta ē a moyse seruo dñi: uniuersi inferret ea de multitudo isrl in tabnaculū testimonij? Athalie enī impiissime & filij eius destruxerūt domū dei. & de uniuersis q̄ sciscitata fuerāt in tēplo dñi. ornauerūt pbanū baalim. Precepit q̄ rex. & fecerunt arcā: posuerunt eā iuxta portā dñi foris secus. Et p̄dicatū ē i iuda & hrlm. ut deferrēt singuli preciū dño qđ cōstituit moyses seruus dei sup cūctum isrl in deserto. Letatiq; sūt cūcti p̄ncipes & omis pplus. & ingressi cōtulerūt i arcā dñi atq; miserūt: ita ut impleret̄. Cūq; tps eēt ut deferrēt arcā cōram rege p manus leuitaru: videbāt enī multā pecuniā: ingrediebat̄ scriba regi & quē p̄m⁹ sacerdos cōstituerat: effundebātq; pecuniā q̄ erat i arca. Porro arcā reportabāt ad locū suū: sicq; faciebāt p singulos dies. Et cōgregata est infinita pecunia: quā tulerūt rex & ioiada bis q̄ perāt operib⁹ domus dñi. At illi producebāt ex ea cesores lapidū & artifices operū singulorū: ut instaurarent domū dñi: fabros q̄q; ferri & eris: ut qđ cadere cepat fulciret̄. Egerūtq; hi q̄ opabāt̄ industrie. & obducebat̄ parietū cicatrix p manus eorū: ac suscitauerūt domū dñi in statum pristinū. & firmiter eā stare fecerūt. Cūq; cōplessent oia opa. tulerūt cora rege & ioiada reliquā partē pecunie: de q̄ facta sūt vasa templi in ministeriū ad holocausta: phiale q̄q; & cetera vasa aurea & argentea. Et offerebant holocausta in domo dñi iugiter cūctis diebus ioiade. Senuit aūt ioiada plen⁹ dierū. & mortuus ē cū centū triginta eēt annorū: sepelierūtq; eū i ciuitate dauid cū regibus. eo q̄ fecisset bonū cū isrl & cū domo ei⁹. Postq̄ aūt obiit ioiada. ingressi sūt p̄ncipes iuda. & adorauerūt regē. Qui delinit⁹ obsequiis eorū acq̄euit eis. Et dereliquerūt templū dñi dei patrū suoꝝ. seruierunt q; lucis & sculptilib⁹. & facta ē ira dñi ꝛ iudā & hrlm ꝓpt̄ hoc pctm̄. Mittebatq; eis p̄phetas ut reuerterent̄ ad dñm: q̄s ptestates illi audire nolebāt. Spūs itaq; dei induit cacharia filiū ioiade sacerdotē. & stetit i cōspectu pplī. & dixit eis: Hec dicit de⁹. Quare trāsgredimini p̄ceptū dñi qđ vobis nō ꝓdesit. & dereliq̄stis dñm ut derelinqueret vos? Qui cōgregati adūsus eū miserūt lapides iuxta regis imperiū: in atrio dom⁹ dñi. Et nō ē recordat⁹ ioas rex. mie quā fecerat ioiada p̄ illi⁹ secū: & interfecit filiū ei⁹. Qui cū moreret̄ ait: Uideat dñs & requirat. Cūq; euolut⁹ eēt ān⁹ ascēdit ꝛ eū exercitus syrie. uenitq; in iudā. & hrlm. & interfecit cunctos p̄ncipes populi: atq;

p

vniuersam prædã miserunt regi ũ damascũ. Et certe cũ ꝓmodic⁹ venisset numer⁹ syrozũ tradidit dñs in manib⁹ eoz infinitã multitudinẽ eo ꝙ vereliq̃ssent dñm vel patz suozũ. In ioas q̃ ignominiosa exercuere iudicia. ⁊ atruntes dimiserũt eũ i languozib⁹ magnis. Surrexerũt aũt ꝛ eũ fui sui in vltionẽ sanguinis çacharie filij ioiade sacerdotꝭ. ⁊ occiderũt eũ in lectulo suo ⁊ mortuus est: sepelierũt q̃ eũ in ciuitate dauid ꝟ nõ in sepulcbzis regũ. Insidiati ꝙ sũt ei çabath filij semath amanitidis. ⁊ ioçabath filius semarith moabitidis. Porro filij eius ac sũma pecunie que adunata fuerat sub eo. ⁊ instauratio domus dei scripta sũt diligentius in libzo regũ. Regnauit autẽ amasias filius eius ꝓ eo. Viginti q̃nq̃ annozũ erat amasias cũ regnare cepisset. ⁊ viginti nouem annis regnauit in irlm. Nomẽ matris ei⁹ ioiaden de irlm. Fecit q̃ bonũ in ꝓspectu dñi: verũtamẽ non in corde perfecto. Cumq̃ roboratũ sibi videret imperiũ: iugulauit seruos q̃ occiderãt regẽ patrẽ suũ: ꝟ filios eoz nõ interfecit: sicut scriptũ ẽ in libzo legis moysi: vbi ꝑcepit dñs dicẽs: Nõ occident pres ꝓ filijs: neq; filij ꝓ pñb⁹ suis: ꝟ vnusq̃sq; in suo pcto morietur.

XXV

Congregauit igit amasias iudam. ⁊ cõstituit eos ꝑ familias: tribunosq; ⁊ centuriones i vniuso iuda ⁊ beniamin. ⁊ recensuit a vigiti annis sursũ: inuenitq; trigita milia iuuenũ q̃ egrederent ad pugnã ⁊ tenerẽt hastã ⁊ clypeũ. Mercede q̃ cõduxit de israel centũ milia robustoz: centũ talẽt argẽti Venit aũt hõ dei ad illũ ⁊ ait: O rex ne egrediat tecũ exercit⁹ israel. Nõ ẽ. n. dñs cũ israel. ⁊ cũctis filijs ephraim. Quẽ si putas i robore exercit⁹ bella ꝓsistẽ: superare te faciet de⁹ ab hostibus. Deus q̃ppe ẽ ⁊ adiuuare ⁊ in fugam ꝓuertere. Dixitq; amasias ad hoiem dei. Quid g̃ fiet de centũ talentis q̃s dedi militibus israel? Et respondit ei hõ dei. Habet dñs vñ tibi dare possit multo bis plura. Segregauit itaq; amasias exercitũ q̃ venerat ad eũ ex ephraim: ut reuterẽt i locũ suũ. At illi ꝓ iuda vehemẽter irati: reuersi sũt in regionẽ suã. Porro amasias cõfortatꝰ eduxit ꝓpm suũ. ⁊ abiit in vallẽ salinarũ: percussitq; filios seir decẽ milia. Et alia decẽ milia viroz ceperũt filij iuda. ⁊ adduxerũt ad preruptũ cuiusdã petre: precipitauerunt q̃ eos de summo i ꝓceps: q̃ vniuersi crepuerunt

At ille exercit⁹ quẽ remiserat amasias ne secũ iret ad plũ: diffusus est i ciuitatib⁹ iuda: a samaria vsq; bethoron. ⁊ interfectis tribus milib⁹ diripuit pdã magnã. Amasias q̃ p⁹ cedẽ idumeoz ⁊ allatos deos filioz seir statuit illos in deos sibi. ⁊ adorabat eos. ⁊ illis adolebat incẽsũ. Quãobrẽ irat⁹ dñs ꝓ amasiam: misit ad illũ ꝓpham q̃ diceret ei. Cur adorasti deos qui nõ liberauerũt ꝓplm suum de manu tua? Cui q̃ hec ille loqueret. respondit ei. Nũ cõsiliari⁹ regis es: Quiesce ne interficiã te. Discedensq; ꝓpha: scio inquit q̃ cogitauerit dñs occidẽ te: q̃ fecisti hec malũ. ⁊ insuper nõ acquieuisti cõsilio meo. Igit amasias rex iuda inito pessimo cõsilio: misit ad ioas filium ioachaz filij iehu regẽ israel dicẽs. Veni videamꝰ nos mutuo. At ille remisit nuncios dicens: Carduus q̃ ẽ i libano misit ad cedrũ libani dicẽs: Da filiã tuã filio meo vxorem. Et ecce bestie q̃ erãt in silua libani: trãsierũt ⁊ conculcauerũt carduũ. Dixisti. percussi edom. ⁊ idcirco erigit cor tuũ i superbiã. Sede in domo tua Cur malũ aduersũ te prouocas: ut cadas ⁊ tu ⁊ iudas tecũ? Noluit audire amasias: eo q̃ dñi esset voluntas: ut traderet i manꝰ hostiũ ꝓpter deos edom. Ascẽdit igit ioas rex israel. ⁊ mutuos sibi pbuere ꝓspectꝰ. Amasias aũt rex iuda erat i bethsames iude. Corruitq; iudas coram israel. ⁊ fugit i tabernacula sua. Porro amasiam regẽ iuda filiũ ioas filij ioachaz cepit ioas rex israel in bethsames. ⁊ adduxit in irlm: destruxitq; murũ eius a porta ephraim vsq; ad portã anguli q̃dringẽtis cubitis. Qẽ q̃ aurũ ⁊ argentũ ⁊ vniuersa vasa q̃ repperat in domo dei. ⁊ apud obededom. in thesauris etiã domꝰ regie: necnõ ⁊ filios obsidũ: reduxit in samariam. Vixit aũt amasias filius ioas regis iuda postq̃ mortuus ẽ ioas filius ioachaz regis israel q̃ndecim ãnis. Reliq̃ aũt sermonũ amasie priozũ ⁊ nouissimoz scripta sũt in libzo regũ iuda ⁊ israel. Qui postq̃ recessit a dño: tetẽderũt ei insidias i irlm. Cumq; fugisset lachis: miserunt ⁊ interfecerunt eum ibi: reportãtesq; super equos sepelierunt eum cũ patrib⁹ suis

XXVI

in ciuitate dauid.

Omnis aũt ꝓplus iuda. filiũ ei⁹ ociã q̃nozum sedecim ꝓstituit regẽ ꝓ amasia pre suo. Ipse edificauit abilat. ⁊ restituit eã ditioni iude. postq̃ dormiuit rex cũ pribus suis. Sedeci ãnoz erat ocias cũ regnare

cepisset. & q̃nq̃ginta duob⁹ annis regnauit in ir'lm. Nomẽ mr̃is ei⁹ ieccelia de ir'lm. Fecitq̃ qđ erat rectũ in oculis dñi iux̃ oia q̃ fecerat amasias pr̃ ei⁹. & exq̃siuit dñm i diebꝰ çacharie intelligentis in uidẽtis deũ. Cũq̃ reqũreret dñm direxit eũ in oibus. Denicq̃ egressus est. & pugnauit ꝟ pbilistijm. & destruxit murũ geth. & murũ iamnie. murũq̃ açoti. Edificauit q̃ oppida in açoto & pbilistijm. & adiuuit eum deus ꝟ pbilistijm & ꝟ arabas qui habitabant i gurbaal. & ꝟ ãmonitas. Uppẽdebãtq̃ ãmonite munera ocie. & diuulgatũ est nomẽ ei⁹ usq̃ ad introitũ egypti pꝛopt̃ crebꝛas victoꝛias. Edificauitq̃ ocias turres i ir'lm sup portã anguli. & sup portã uallis. & reliquas in eodẽ muri latere firmauitq̃ eas. Extruxitq̃ turres in solitudine. & effodit cisternas plurimas: eo q̃ bꝛet multa pꝛecꝛa tã in campestribus q̃ in deremi uastitate. Uineas q̃ habuit & uinitoꝛes i montib⁹ & i carmelo. Erat q̃ppe hõ agriculture dedit⁹. Fuit aũt exercit⁹ bellatoꝛũ eius q̃ pcedebãt ad pliã sub manu iehiel scribe. maaseq̃ doctoꝛis. & sub manu ananie qui erat de ducib⁹ regis. Hiscq̃ numerus pncipũ p familias suas uiꝛoꝛũ foꝛtiũ: duoꝛũ miliũ sexcentoꝛ. & subeis uniuersus exercit⁹ trecentoꝛũ & septẽ miliũ q̃ngẽtoꝛ. q̃ erãt apti ad bella. & ꝓ rege ꝟ aduersarios dimicabant Pꝛepauit q̃ eis ocias id est cuncto exercitui clypeos & hastas & galeas & loꝛicas. arcusq̃ & fundas ad iaciendos lapides. & fecit in ir'lm diuisi generi machinas q̃s in turrib⁹ collocauit. & in angulis muꝛoꝛũ ut mitterẽt sagittas & saxa grãdia. Egressũq̃ ẽ nomẽ eius pcul: eo q̃ auxiliaret ei dñs & coꝛꝛoboꝛasset illum. Cũ aũt roborat⁹ eẽt. eleuatũ ẽ coꝛ ei⁹ i interitũ suũ & neglexit dñm deũ suũ: ingressusq̃ templum dñi adolere uoluit incensum sup altare thymiamatꝫ. Stetitq̃ ingressus pr̃ eũ azarias sacerdos. & cum eo sacerdotes dñi octoginta uiri foꝛtissimi. restiterunt regi. atq̃ dixerunt Nõ ẽ tui officij ocia. ut adoleas incensũ dño ꝥ sacerdotũ. ꝥ ẽ filioꝛ aaron q̃ ꝓsecrati sũt ad huiuscemodi misteriũ. Egredẽ de scũario. ne cõtempseris: qa nõ reputabit tibi i gloriã ꝥa dño deo. Iratusq̃ ocias & tenẽs i manu thuribulũ ut adoleret incensũ: minabat sacerdotibus. Statimq̃ oꝛta ẽ lepꝛa i fronte ei⁹ coꝛã sacerdotib⁹ in domo dñi: sup altare thymiamatis. Cũq̃ resꝛexisset eũ azarias pontifex. & cẽs reliqui sacerdotes. uiderũt lepꝛã i fronte eius. & festinato expulerũt eũ. ꝥ ipse pter ritus accelerauit egredi: eo q̃ sensisset illico plagã dñi. Fuit igit̃ ocias rex lepꝛosus usq̃ ad diẽ moꝛt̃ sue. & habitauit i domo separatus lepꝛa ob quã eiect⁹ fuerat de domo dñi. Pꝛo ioatham filiꝰ ei⁹ rexit domũ regi & iudicauit pplm ꝛe. Reliq̃a aũt sermonũ ocie ꝓoꝛ & nouissimoꝛ. scripsit ysaias filiꝰ amos ꝓpha Dozmiuitq̃ ocias cũ pꝛib⁹ suis. & sepelierunt eũ in agro regaliũ sepulchꝛoꝛ eo q̃ eẽt lepꝛosus: regnauitq̃ ioatham filiꝰ ei⁹ ꝓ eo.

XXVII

Uigintiq̃nq̃ annoꝛũ erat ioatham cũ regnare cepisset. & sedecim annis regnauit in ir'lm. Nomẽ mr̃is ei⁹ bieruſa filia sadoch. Fecitq̃ qđ rectũ erat coram dño iux̃ oia q̃ fecerat ocias pr̃ su⁹: excepto q̃ nõ ẽ ingressus tẽplũ dñi. & adhũc pplus delinq̃bat. Ipse edificauit pꝛtã dom⁹ dñi excelsã. & in muro opꝛis multa ꝓstruxit. Urbes q̃ edificauit in montib⁹ iuda & in saltibus castella & turres. Ipse pugnauit ꝟ regẽ filioꝛũ ãmon & uicit eũ. Dederũtq̃ ei filij ãmon in tpe illo cẽtum talẽta argẽti. & decẽ milia coꝛoꝛ tritici ac totidem coꝛoꝛ oꝛdei. Hec ei ꝓbuerunt filij ãmon i anno secũdo & ẽtio. Coꝛroboratusq̃ ẽ ioathã: eo q̃ direxisset uias suas coꝛã dño deo suo. Reliq̃a aũt sermonũ ioathã & cẽs pugne eius & opa: scripta sũt in libꝛo regũ isr'l & iuda. Uigintiq̃nq̃ annoꝛ erat cũ regꝛe cepisset: & sedeci ãnis regnauit i ir'lm. Dozmiuitq̃ ioatham cũ pꝛib⁹ suis. & sepelierũt eũ i ciuitate dauid. & regnauit achaz filius eius pro eo.

XXVIII

Uiginti annoꝛũ erat achaz cũ regnare cepisset. & sedecim ãnis regnauit i ir'lm. Nõ fecit rectũ in ꝓspectu dñi sicut dauid pr̃ eius. ꝥ ãbulauit in uijs regũ isr'l insup & statuas fudit baalim Ipse est q̃ adoleuit incensũ i ualle bennon. & lustrauit filios suos i igne iux̃ ritũ gentiũ q̃s interfecit dñs i aduẽtu filioꝛ isr'l. Sacrificabat q̃ & thymiama succẽdebat in excelsis. & i collibus. & sub oĩ ligno frondoso. Tradiditq̃ eũ dñs de ei⁹ in manu regis syrie: q̃ pcussit eũ: magnãq̃ ꝑdã cepit de ei⁹ iperio. & adduxit in damascũ. Uerũ⁹ q̃ regi isr'l traditus est & pcussus plaga grãdi. Occidit q̃ phacee filiꝰ romelie de iuda centũ uiginti milia i die uno cẽs uiros bellatoꝛes: eo q̃ reliquisset dñm deũ patrũ suoꝛ. Eodẽ tpe occidit çechri uir

ptēs ex ephraim maasiā filiū regi. ⁊ ezricā ducē dom⁹ ei⁹: helchanā q̄ secundū a rege. Ceperūtq; filij isrl̄ ex fris⁹ suis ducenta milia mulierū puerorū ⁊ puellarū ⁊ infinitā p̄dā ptulerūtq; eā i samariā. Ea tēpestate erat ibi ꝓpha dñi noie obed: q̄ egressus obuiā exercitui venienti i samariā. dixit eis: Ecce irat⁹ dñs deus patrū vestrō⁹ iudā. tradidit eos in manibus vris. ⁊ occidistis eos atrociter: ita ut ad celū ptingēt vra crudelitas. Insup filios iuda ⁊ irl̄m vult⁹ vobis subijcē i puos ⁊ ācillas: qđ neq; facta op⁹ est. Peccastis. n. sup d̄m dño deo vro. Ꝫz audite cōsiliū meū. ⁊ reducite captiuos q̄s adduxistis ex fris⁹ vris: q̄a magn⁹ furor dñi imminet vobis. Steterūt itaq; viri ex principib⁹ filiorū ephraī. azarias filij iabānan. barachias filius mosollamoth. ezechias filij sellū. ⁊ amasias filij badali. ꝯ eos q̄ veniebāt ex plio. ⁊ dixerūt eis. Nō introducetis huc captiuos: ne peccemus dño. Quare vultis adijcē sup pctā vra. ⁊ vra cumulare velicta? Grande q̄pe pctm̄ ē: ⁊ ira furor⁹ dñi imminet sup isrl̄. Dimiserunt itaq; viri bellatores predam. ⁊ vniūsa q̄ ceperāt coram principibus ⁊ oi multitudine: steterūtq; viri q̄s sup mēoratum⁹. ⁊ appēdentes captiuos ēsq; q̄ nudi erāt. vestierūt ex spoliis. Cumq; vestissent eos ⁊ calciassent. ⁊ refecissent cibo ac potu. unxissentq; ꝓpter laborē. ⁊ adhibuissent eis curā: q̄cūq; ambulare nō potuerunt ⁊ erāt infirmi. asello corpe. ipsi uerūt eos iumentis ⁊ adduxerūt hiericho ciuitatem palmarū ad frēs eor: ipsiq; reuersi sūt i samariā. In pe illo misit rex achaz ad regē assyriorū. postulans auxiliū. Venerūtq; idumei ⁊ pcusserūt multos ex iuda. ⁊ ceperūt p̄dā magnā. Philistijm q̄q; diffusi sunt per urbes campestres ⁊ ad meridiē iuda: ceperuntq; bethsames ⁊ ahylon ⁊ gadirothi. socho q̄q ⁊ thamnā ⁊ gamizo cum viculis suis. ⁊ habitauerūt in eis. Humiliauerat enī dñs iudā ꝓpter achaz regē iuda. eo q̄ nudasset eū auxilio. ⁊ ꝓtēptui habuisset dñm. adduxitq; ꝯ eū thelglatphalassar regē assyriorū qui ⁊ afflixit eum. ⁊ nullo resistente vastauit. Igit⁹ achaz spoliata domo dñi ⁊ domo regū ac principū. dedit regi assyriorū munera. ⁊ tñ nihil ei ꝓfuit. Insup ⁊ tempore angustie sue auxit ꝓtēptū i dñm. Ipse q̄ rex achaz immolauit diis damasci victimas pcussorib⁹ suis ⁊ dixit. dij regum syrie auxiliant eis. q̄s ego placato hostijs. ⁊ adorūt mihi: cū ē ꝓrio ipsi fuerint ruine ei ⁊ vniūso isrl̄. Direptis itaq; achaz oib⁹ vasis dom⁹ dei atq; ꝓfractis clausit ianuas tēpli dei. ⁊ fecit sibi altaria i vniuersis angulis irl̄m. In oib⁹ q̄q; urbibus iuda extruxit aras ad cremandū thus. atq; ad iracūdiā. puocauit dñm deū patrū suorū. Reliq; aūt sermonū ei⁹ ⁊ oiuz operū suorū ꝓtō ⁊ nouissimorū. scripta sūt i libro regū iuda ⁊ isrl̄. Dormiuitq; achaz cum pribus suis. ⁊ sepelierunt eum in ciuitate irl̄m. Hecq; n. receperūt eum in sepulchra regū isrl̄. Regnauitq; ezechias filius eius ꝓ eo.

Capitulum XXIX

Igitur ezechias regnare cepit cū viginti q̄nq; eet annoꝝ. ⁊ viginti nouē annis regnauit in irl̄m. Homē mris ei⁹ abia filia zacharie. Fecitq; qđ erat placitū i ꝓspectu dñi: iux̄ oia q̄ fecerat dauid pr ei⁹. In ipo anno ⁊ mense ꝑmo regni sui aperuit valuas dom⁹ dñi. ⁊ instaurauit eas: adduxitq; sacerdotes atq; leuitas. ⁊ congregauit eos i plateā orientalē. dixitq; ad eos: Audite me leuite. ⁊ sanctificamini: mundate domū dñi dei patrū nostrorū. ⁊ auferte ēm immundiciā de scūario. Peccauerūt prēs nri. ⁊ fecerūt malū in conspectu dñi dei nri. derelinquentes eū: auerterūt facies suas a tabernaculo dñi dei nri. ⁊ ꝑuerūt dorsū: clauserūt ostia q̄ erāt in porticu. ⁊ extinxerunt lucernas: incensūq; non adoleuerūt. ⁊ holocausta non obtulerunt in scūario deo isrl̄. Cōcitat⁹ ē itaq; furor dñi sup iudā ⁊ irl̄m: tradiditq; eos i cōmotionē ⁊ in interitū ⁊ sibilū. sicut ipsi cernitis oculis vestris. Ecce corruerunt prēs nri gladijs. filij nostri ⁊ filie nostre ⁊ cōiuges captiue ducte sunt ꝓpter hoc scelus. Nunc q̄ placet mihi ut ineam⁹ fed⁹ cū dño deo isrl̄. ⁊ auertet a nob furorē ire sue. Filij mei nolite negligē. Vos elegit dñs. ut stetis coram eo. ⁊ ministretis illi: colatisq; eū. ⁊ cremetis ei incēsū. Surrexerūt q̄ leuite: maath filius amasie. ⁊ ioel filius azarie de filijs caath. Porro de filijs merari cis filij abdai. ⁊ azarias filij ialaleel. De filijs aūt gerson: ioba filij gemna. ⁊ eden filij ioaba. At vero de filijs elisaphā: samri ⁊ iabiel. De filijs q̄q asaph: zacharias ⁊ mathanias: necnon de filijs heman: iahiel ⁊ semei. Ꝫz ⁊ de filijs yduthum: semeias ⁊ ozihel. Cōgregauerūtq; frēs suos. ⁊ sanctificati sūt ⁊ ingressi sūt iux̄ mādatū regi ⁊ ipsiū dñi. ut

expiarent domū dei. Sacerdotes q̄q; ingressi templū dñi ut sanctificarēt illud: extulerūt omnē immundiciā quā intro reppererant in vestibulo domus dñi: quā tulerūt leuite & asportauerūt ad torrentē cedron foras. Cepērūt aūt prima die mēsis primi mūdare. & in die octaua eiusdē mēsis ingressi sūt porticū domus tēpli dñi: expiauerūtq; templū dieb⁹ octo. & in die sexta decima mēsis eiusdē. qđ ceperāt impleuerunt. Ingressi q̄q; sūt ad ezechiā regē. & dixerunt ei. Sanctificauim⁹ cūctā domū dñi. & altare holocausti: vasaq; eius: necnō & mensā ꝓpositionis cū oibus vasis suis: cūctāq; tēpli suppellectilem quā polluerat rex achaz in regno suo: postq̄ p̄uaricat⁹ est. & ecce exposita sūt oia coram altari dñi. Cōsurgēsq; diluculo ezechias rex adunauit cōs principes ciuitatis. & ascendit in domum dñi: obtuleruntq; simul tauros septem & arietes septem: agnos septē. & hircos septē: ꝓ peccō: ꝓ regno: ꝓ scō ario: ꝓ iuda: Dixitq; sacerdotib⁹ filijs aaron: ut offerrent super altare dñi. Mactauerūt igit tauros. & suscepūt sanguinē sacerdotes. & fuderūt illū super altare. Mactauerunt etiam arietes. & illorū sanguinē sup altare fuderūt. Immolauerūt agnos. & fuderūt sup altare sanguinē. Applicuerūt hircos ꝓ peccō coram rege & vniuersa multitudine. Imp̄suerūtq; manꝰ suas super eos. & immolauerunt illos sacerdotes. & asperserūt sanguinē eorū coram altari ꝓpiaculū vniūsi israhelis. Pro oi quippe israh̄ pcepat rex ut holocaustū fieret ꝓ peccō. Cōstituit q̄q; leuitas i domo dñi cū cimbalis & psalteriis & citharis in dispositionē dauid regis & gad vidētis & nathan ꝓphē. Siquidē dñi p̄ceptū fuit p manū ꝓphārū ei⁹. Steterūtq; leuite tenētes organa dauid & sacerdotes tubas. & iussit ezechias ut offerrēt holocausta super altare. Cūq; offerrent holocausta: ceperūt laudes canere dño. & clangē tubis: atq; i diuīsis organis q̄ dauid rex israh̄ ꝓparauerat: cōcrepare. Oi aūt turba adorāte: cantores & hi q̄ tenebant tubas erāt i officio suo: donec cōpleret holocaustū. Cūq; finita eēt oblatio: iecit rex & cūctis q̄ erāt cū eo. & adorauerūt. Precepitq; ezechias & principes leuitis ut laudarēt dñm sermonib⁹ dauid & asaph vidētis: q̄ laudauerūt deū magna leticia. & icuruato genu adorauerunt. Ezechias aūt etiā & addidit. Implestis manus vras dño: accedite & offerte victimas. & laudes in domo dñi. Obtulit q̄q; vniuersa multitudo hostias & laudes & holocausta mente deuota. Porro numerus holocaustorū q̄ obtulit multitudo hic fuit. Tauros sexaginta: arietes cētū: agnos ducentos: sanctificauerunt q̄q; dño boues sexcētos. & oues tria milia. Sacerdotes vo pauci erāt: nec poterāt sufficere ut pelles holocaustor̄ detraherēt. Donec & leuite frēs eor̄ adiuuerūt eos: donec impleret op⁹. & sanctificarēt sacerdotes. Leuite quippe faciliori ritu sanctificant q̄q; sacerdotes Fuerūt q̄q; holocausta ꝑma: adipes pacificorum & libamia holocaustor̄. & cōplet⁹ est cultus domus dñi: letatusq; est ezechias & omis ꝓpulus: eo q̄ ministeriū dñi cēt expletū. Deus repente quippe hoc fieri placuerat.

XXX

Misit q̄q; ezechias ad cūctū israh̄ & iudam scripsitq; epistolas ad ephraim & manasse: ut venirēt ad domū dñi in hierl̄m. & facerēt phase dño deo israh̄. Inito q̄q; cōsilio regis & principū & vniūsi cetus hierl̄m: decreuerūt ut facerēt phase mēse secundo. Nō. n. occurrerant facē in tpe suo: quia sacerdotes q̄ possent sufficē sanctificati nō fuerāt. ppl̄us nōdum cōgregatus fuerat i hierl̄m. Placuitq; sermo regi & omni multitudini. & decreuerūt ut mitterēt nuncios in vniūsum israh̄ de bersabee vsq; dan: ut venirēt & facerēt phase dño deo israh̄ in hierl̄m. Multi. n. nō fecerāt sicut in lege ꝓscriptum est. Perrexerūtq; cursores cū epistolis ex regis imperio & principū ei⁹ in vniuersū israh̄ & iudā: iuxt̄ id qđ rex iusserat ꝓdicātes. Filij israh̄ reuertimini ad dñm deū abrahā & ysaac & israh̄. & reuertet ad reliquias q̄ effugerunt manus regis assyriorū. Nolite fieri sicut pres vri & frēs q̄ recesserūt a dño deo patrū suorū. & tradidit eos i interitū: ut ipsi cernitis. Nolite idurare ceruices vras sicut pres vri. Tradite manꝰ vras dño. & venite ad scūariū ei⁹ qđ sanctificauit i eternū. Seruite dño deo patrū vror̄. & auertet a vobis ira furor̄q; eius. Si. n. vos reuersi fueritis ad dñm: frēs vri & filij vri ibunt miam coram suis: q̄ illos duxerūt captiuos. & reuertent in terrā banc. Pius enim & clemēs & dns deus vester. & non auertet faciē suā a vobis si reuersi fueritis ad eū. Igit cursores pergebāt velociter de ciuitate in ciuitat̄ p terrā ephraim & manasse vsq; ad zabulon: illis irridentibus & subsannantibus eos. Attamen quidā viri de aser & manasse &

çabulon acquiescentes cōsilio: venerūt irlm.
In iuda vero facta est manꝰ dñi ut daret eis
cor vnū: ut facerēt iuxt̄ p̄ceptū regis ꝑncipū
p̄fōrū dñi. Cōgregatiq; sūt in irlm ppli multi:
ut facerēt solēnitatē açimorū i mēse secundo
Et surgētes destruxerūt altaria q̄ erāt i irlm
atq; vniūsa in quibꝰ idolis adolebaf incensū
subuertētes. precipitarūt in torrētē cedron. Im-
molauerūt aūt phase q̄rtadecima die mensis
secūdi. Sacerdotes q̄ atq; leuite tandē scifi-
cati obtulerūt holocausta in domo dñi: steterūtq; i ordine suo iuxt̄ dispositionē legē moy
si dei. Sacerdotes p̄fō suscipiebāt effun-
dendū sanguinē de mānꝰ leuitaꝝ. eo q̄ multa
turma scificata nō eēt. ꝛ idcirco imolarēt le-
uite phasebis q̄ nō occurrerāt scificari dño.
Magna etiā ps ppli de ephraim ꝛ manasse ꝛ
ysachar ꝛ çabulō q̄ scificata nō fuerat come-
dit phase. nō iuxt̄ qđ scriptū ē. ꝛ orauit p eis
ezechias dicēs: dñs bonus ꝓpitiabit cunctis
q̄ in toto corde requrūt dñm deū patrū suoꝝ
ꝛ nō imputabit eis q̄ min⁹ scificati sūt. Quē
exaudiuit dñs. ꝛ placatꝰ est ppl̄o. Fecerūtq;
filij isrl q̄ inuēti sūt in irlm solēnitatē açimo
rum septē diebus in letitia magna. laudātes
dñm p singulos dies. leuite q̄ ꝛ sacerdotes
p organa q̄ suo officio ꝓgrediebāt. Et locutus
est ezechias ad cor oīuꝫ leuitarū: q̄ bñbāt i tel-
ligentiam bonā sup̄ dño. ꝛ comederunt septē
diebus solēnitatiꝫ. imolantes victimas pacifi-
corum ꝛ laudātes dñm deū patrū suoꝝ. Pla
cuitq; vniuerse multitudini ut celebrarēt etiā
alios dies septem: qđ ꝛ fecerūt cum ingenti
gaudio. Ezechias aūt rex iuda pbuerat mul-
titudini mille tauros. ꝛ septem milia ouium.
Principes vero bederāt ppl̄o tauros mille. ꝛ
oues decē milia. Scificata q̄ est sacerdotum
plurima multitudo. ꝛ hilaritate pfusa omnis
turba iuda tā sacerdotū ꝛ leuitaꝝ q̄ vniuer-
se frequētie q̄ venerat ex isrl: pselitorū q̄ de
terra isrl ꝛ habitantiū i iuda. Factaq; ē grā-
dis celebritas in irlm: q̄lis a diebꝰ salomonis
filij dauid regis isrl i ea vrbe nō fuerat. Surre-
rexerūt aūt sacerdotes atq; leuite bñdicentes
ppl̄o. ꝛ exaudita est vox eorū: peneq; oratio
in habitaculum sanctum celi. XXXI

Cumq; hꝫ fuissent rite celebrata. egres-
sus est omis isrl qui inuentus fuerat in
vrbibus iuda. ꝛ fregerūt simulacra:
succiderūtq; lucos. de moliti sūt excelsa. ꝛ al-
taria destruxerūt: nō solū de vniuerso iuda ꝛ
beniamin. sꝫ ꝛ de ephraim q̄q; ꝛ manasse: donec
penitus everterent. Reversiq; sūt dei filij isrl
in possessiōes ꝛ ciuitates suas. Ezechias aūt
constituit turmas sacerdotales ꝛ leviticas p
divisiones suas vnūquēq; in officio proprio
tam sacerdotum videlicet q̄ leuitarū ad ho-
locausta ꝛ pacifica: ut ministrarēt ꝛ cōfiterēt
canerēt q; in portis castroꝝ dñi. Pars aūt regi
erat ut de ppria ei⁹ substātia offerret holocau
stū mane semp ꝛ de spe: sabbatiꝫ q̄q; ꝛ kalendis
ꝛ solēnitatibꝰ ceteris. sicut scriptū ē i lege moy
si. Precepit etiā ppl̄o habitantiū irlm. ut darēt
partes sacerdotibꝰ ꝛ leuitis: ut possent vacare
legi dñi. Qđ cū perceuisset in auribꝰ multi-
tudinis. plurimas obtulere primitias filij isrl
frumenti vini ꝛ olei. mellis q̄q; ꝛ oīuꝫ que gi-
gnit bumꝰ decimas obtulerūt. Sꝫ ꝛ filij isrl
ꝛ iuda q̄ habitabāt in vrbibꝰ iuda obtulerūt
decimas bouū ꝛ ouiū: decimasq; sc̄oꝝ q̄ vove-
rant dño deo suo: atq; vniuersa portātes fe-
cerūt aceruos plurimos. Mense tertio ceperūt
aceruoꝝ iacere fūdamēta. ꝛ mēse septimo cō
pleverūt eos. Cūq; ingressi fuissent ezechias
ꝛ principes eiꝰ. viderūt aceruos. ꝛ benedixerūt
dño. ac ppl̄o isrl. Interrogauitq; ezechias sa-
cerdotes ꝛ leuitas: cur ita iacerēt acerui. Re
spōdit illi azarias sacerdos primus. de stirpe sa-
doch dicens: Ex q̄ ceperūt offerri primitie i do-
mo dñi. comedim⁹ ꝛ saturati sumus. ꝛ remā
serunt plurima. eo q̄ bñdixerit dñs ppl̄o suo.
Reliquarū aūt ē copia ista quā cernis. Prece-
pit igit ezechias ut pararēt horrea in domo
dñi. Qđ cū fecissent. intulerūt tā primitias q̄
decimas. ꝛ q̄cūq; voverāt. fideliter. Fuit aūt
pfect⁹ eorū chonenias leuita. ꝛ semei frat̄ ei⁹
secundus. post quē iehiel ꝛ azarias ꝛ naad ꝛ
asahel ꝛ hierimoth: ioçabat q̄q; ꝛ eliel ꝛ ism-
machias ꝛ maath ꝛ banaias. ꝓpositi sub ma-
nibus chonenie ꝛ semei frīs eius ex iussio eze-
chie regis. ꝛ azarie pōtificis dom⁹ dñi: ad quos
oīa ptinebāt. Core vero filius iemna leuites ꝛ
ianitor orientalis portę ꝓpositus erat his que
sponte offerebant dño. primitijsq; ꝛ sanctificatis i
sancta scōꝝ. ꝛ sub cura eius eden ꝛ beniamin.
iesue ꝛ semeias. amarias q̄q; ꝛ sechenias. in ci-
uitatibus sacerdotū. ut fideliter distribuerēt
fribus suis ptes. minoribꝰ atq; maioribꝰ: ex-
ceptis maribꝰ ab ānis tribꝰ ꝛ sup̄ cūctis q̄ ingre-
diebant templū dñi. Et qcq̄d p singulos dies

ꝺucebãt ĩ miſterio atq; obſeruationib⁹ iuꝛ
diuiſiões ſuas: ſacerdotib⁹ per familias ⁊ le
uitis. a viceſimo anno ⁊ ſup̃ p ordines ⁊ tur
mas ſuas. vniuſq; multitudini tã vꝛoꝛibus
q̃ literis eoꝝ vtriuſq; ſexus: fideliter cibi ve
bis q̃ ſcificata fuerãt pꝛebanť. Sed ⁊ filioꝝ
aaron p agros ⁊ ſuburbana vrbiũ ſingularũ
diſpoſiti erãt viri q̃ partes diſtribuerẽt vni
uerſo ſexui maſculino: ve ſacerdotibus ⁊ leui
tis. Fecit ḡ eęcebias vniuerſa q̃ dixim⁹. ĩ oĩ
iuda: opatuſq; eſt bonũ ⁊ rectũ ⁊ veꝝ coꝛam
dño deo ſuo. in vniuerſa cultura miſterij do
m⁹ dñi iuxta legẽ ⁊ cerimonias: volẽs requi
rere deũ ſuũ in toto coꝛde ſuo. Fecitq; ⁊ pꝛo
ſpꝛatus eſt.

XXXII

Poſt q̃ ⁊ buiuſcemodi veritatẽ venit
ſennacherib rex aſſyrioꝝ. ⁊ ingreſſus
iudã obſedit ciuitates munitas vo
lens eas capere. Nõ cum vidiſſet eęcebias ve
niſſe. ſennacherib ⁊ totum bellĩ impetũ vertĩ
ẽ ĩrl̃m: inito cum pꝛincipibus cõſilio viriſq;
fortiſſimis ut obturarẽt capita fontiũ q̃ erãt
extra vrbẽ. ⁊ ꝺ oĩuꝫ vecernẽte ſnia ꝓgregauit
plurimam multitudinẽ. ⁊ obturauerũt cun
ctos fontes. ⁊ riuũ q̃ fluebat ĩ medio ẽre di
centes: Ne veniãt reges aſſyrioꝝ. ⁊ inueni
ant aq̃rũ abũdantiã. Edificauit q̃ agẽs in
duſtrie cẽm murũ q̃ fuerat diſſipat⁹. ⁊ extru
xit turres veſuꝑ: ⁊ foꝛinſecus alterũ murum.
Inſtauraui tq; mello ĩ ciuitate dauid: ⁊ fecit
vniuſi generi armaturã ⁊ clypeos. Cõſtitu
itq; pꝛincipes bellatoꝝ ĩ exercitu: ⁊ conuocauit
vniuerſos ĩ platea pꝛte ciuitatẽ. ac locutus ẽ
ad coꝛ eoꝝ ꝺicẽs: Viriliť agite ⁊ pfoꝛtami
nolite timẽ. nec paueatꝭ regẽ aſſyrioꝝ ⁊ vni
uerſam multitudinẽ q̃ ẽ cũ eo. Multo. n. plꝰ
nobiſcũ ſũt q̃ cũ illo. Cũ illo. n. eſt brachiũ
carneũ: nobiſcũ dñs ve⁹ nr̃ ꝙ auxiliatoꝛ ẽnr̃:
pugnatq; pnobis. Confoꝛtatuſq; eſt pꝛ⁹us
buiuſcemodi ỹbis eęcebie regis iuda. Que
poſtq̃ geſta ſũt: miſit ſennacherib rex aſſyrio
rum ſeruos ſuos ĩrl̃m: ipſe. n. cũ vniuerſo ex
ercitu obſidebat lachis: ad eęcebiã regem iu
da. ⁊ ad oẽm pꝛ⁹m q̃ erat ĩ vrbe ꝺicens: Hec
ꝺicit ſennacherib rex aſſyrioꝝ. In q̃ bũtes fi
ꝺuci ã. ſedetꝭ obſeſſi ĩ ĩrl̃m: Nũ eęcebias ve
cepit vos ut tradat mozti in fame ⁊ ſiti: affir
mãs q̃ dñs ve⁹ veſter liberet vos ve manu re
gis aſſyrioꝝ: Nunq̃d nõ iſte eſt eęcebias qui
deſtruxit eęcelſa illi⁹ ⁊ altaria. ⁊ pcepit iude
⁊ ĩrl̃m ꝺicẽs: coꝝã altari vno adoꝛabitis. ⁊ ĩ
ipſo cõburetis incẽſũ? An ignoꝛatꝭ q̃ ego fe
cerim. ⁊ pꝛẽs mei cũctis ẽray pꝛ⁹is? Nunq̃d
ꝑualuerũt ꝺij gẽtiũ oĩumq; ẽray literare re
gionẽ ſuam ve manu mea? Quis eſt ve vniuerſis ꝺijs gentiũ q̃s vaſtauerũt pꝛẽs mei q̃
potuerit eruere pꝛ⁹m ſuum ve manu mea: ut
poſſit etiã ve⁹ veſter eruere vos ve bac manu?
Nõ vos ḡ vecipiat eęcebias: nec vana pſuaſione veludat: neq; credatꝭ ei. Si. n. nullus po
tuit ve⁹ cũctaq; gentiũ atq; regionũ liberare
pꝛ⁹m ſuum ve manu mea. ⁊ ve manu patrum
meoꝝ: pſter nec ve⁹ veſter pꝛit eruere vos
ve bac manu. Hꝫ ⁊ alia multa locuti ſũt ſui
eius ꝺ dñm veũ. ⁊ ꝺ eęcebiã ſeruũ ei⁹. Epl̃as
q̃q; ſcripſit plenas blaſphemie ĩ dñm veũ iſrl̃:
⁊ locut⁹ ẽ adũſum eũ. Dic ꝺij gentiũ eeꝛarũ
nõ potuerũt liberare pꝛ⁹m ſuũ ve manu mea
ſic⁊ ve⁹ eęcebie eruere nõ poterit pꝛ⁹m ſuũ ve
manu iſta. Inſuper ⁊ clamoꝛe magno lingua
iudaica ꝺ pꝛ⁹m q̃ ſedebat ĩ muris ĩrl̃m perſo
nabat: ut terreret eos ⁊ capet ciuitatẽ. Lo
cutuſq; ẽ ꝺ veũ iſrl̃: ſicut aduerſũ eos pꝛ⁹o
rũ ẽre opa manuũ hoiuꝫ. Quauerũt igiť eęcebias rex ⁊ yſaias fili⁹ amos. pꝛ⁹tes aduer
ſũ bãc blaſphemiã: ac vociferati ſũt vſq; in ce
lũ. Et miſit dñs ãgelũ ſuũ: q̃ pcuſſit oẽm vir
robuſtũ ⁊ bellatoꝛẽ. ⁊ pncipẽ exercitus regis
aſſyrioꝝ: reuerſuſq; eſt cũ ignominia in ẽrã
ſuã. Cũq; ingreſſus eſſet domũ dei ſui: filij q̃
egreſſi fuerãt de vtero eius ineẽ fecerũt eũ gla
dio. Saluauitq; dñs eęcebiã ⁊ habitatoꝛes
ĩrl̃m ve manu ſennacherib regis aſſyrioꝝ: ⁊ ve
manu oĩuꝫ ⁊ pſtitit ei q̃tẽ p circuitũ. Mul
ti etiam referebant hoſtias ⁊ ſacrificia dño
in ĩrl̃m. ⁊ munera eęcebie regi iuda. Qui ex
altat⁹ ẽ p⁹ h̃ coꝛã cũctis gẽtib⁹. In ꝺieb⁹ illis
egrotauit eęcebias vſq; ad mozte: ⁊ oꝛauit
dñm. Exaudiuitq; eũ ⁊ dedit ei ſignũ: ſed nõ
iuxt bñficia q̃ accepat retribuit: q̃a eleuatum
ẽ coꝛ ei⁹. Et facta ẽ ꝺ eũ ira. ⁊ ꝺ iuda ⁊ ĩrl̃m.
Humiliatuſq; ẽ poſtea eo q̃ eraltatũ fuiſſet
coꝛ ei⁹: tam ipſe q̃ habitatoꝛes ĩrl̃m: ⁊ idcirco
nõ venit ſup eos ira dñi ĩ ꝺieb⁹ eęcebie. Fuit
aũt eęcebias ꝺives ⁊ iclyt⁹ valde: ⁊ thęſauros ſibi plimos cõgregauit argẽti auri ⁊ la
pides pcioſi. aromatũ ⁊ armoꝝ vniuſi gene
ris. ⁊ vaſoꝝ magni pcij: apothecas q̃q; frumẽ
ti vini ⁊ olei ⁊ pſepia oĩuꝫ iumẽtoꝝ: caulaſq;
pecoꝛibus: ⁊ vrbes ſex edificauit. Habebat

quippe greges ouium ⁊ armẽtorũ inumerabiles: eo q̃ reddisset ei dñs substãtiã multam nimis. Ipse est eçechias q̃ obturauit supiorẽ fontẽ aq̃rũ gyon, ⁊ auertit eas subẽ ad occidentẽ vrbis dauid. In oĩbus opib⁹ suis fecit pſpere q̃ voluit. Attñ legatiõe pncipũ babylonis q̃ missi fuerãt ad eũ ut interrogarẽt de portento qđ acciderat sup terrã: dereliq̃t eũ dñs: ut tẽptaret⁹ ⁊ nota fierẽt oia q̃ erant in corde eius. Reliq̃ aũt ſmonũ eçechie ⁊ misericordiaꝝ eius: scripta sũt i visione ysaie filij amos pphe. ⁊ i libro regũ iuda ⁊ isrl. Dormiuitq̃ eçechias cũ prib⁹ suis. ⁊ sepelierũt eum supra sepulchra filioꝝ dauid. Et celebrauit eius exequias vniuersus iuda. ⁊ omnes habitatores irlm: regnauitq̃ manasses filius eius pro eo.

ℭ. XXXIII

eũ gladio: fugerũtq; in terrã ararath. & regna-
uit asaraddon filius ei⁹ p eo. XXXVIII

In diebus illis egrotauit ecechias usq;
ad mortẽ. & introiuit ad eũ isaias filius
amos propheta. & dixit ei. Hec dicit do-
minus. Dispone domui tue: quia morieris tu:
& nõ uiues. Et cõuertit ecechias faciẽ suam
ad parietẽ. & orauit ad dominũ. & dixit. Ob-
secro dñe memẽto quesο quõ ambulauerim
coram te in ueritate & in corde perfecto. & qd̃
bonũ est i oculis tuis fecerim. Et fleuit eche-
chias fletu magno. Et factũ est ꝓbũ dñi ad
isaiam dicẽs. Uade & dice echie. Hec dicit
dñs deus dauid pris tui. Audiui orationẽ tuã
& uidi lachrymas tuas. Ecce ego adiiciã sup

dies tuos·q̄decim annos.⁊ ꝛ manu regis assyriozū eruā te.⁊ ciuitatē istā.⁊ ꝓtegā cā. Hoc aūt tibi erit signū a dño:q̄a faciet dñs ꝛbū ꝟ qđ locut⁹ est.Ecce ego reuerti faciā vmbrā linearū p q̄s ꝛsc̄ederat in horologio achaz i sole retrorsū·ꝛcē lineis.Et reuersus est sol ꝛcē lineis per gradus q̄s ꝛsc̄ederat. Scriptura eçechie regi iuda cū egrotasset ⁊ qualuisset ꝛ infirmitate sua.Ego dixi in dimidio dierū meoꝝ·vadam ad portas inferi. Quęsiui residuū annoꝝ meoꝝ:dixi nō videbo dñm ꝛ in terra viuentiū.Nō aspiciam ultra hoiem vltra:⁊ habitatorē q̄et.Ętatio mea ablata est ⁊ quolura ē a me:q̄si tabernaculū pastoꝝ.Precisa ē velut a texēte vita mea:dū adhuc ordirer succidit me:ꝛ mane vsq̄ ad ꝛsperā finies me.Sperabā vsq̄ ad mane:q̄si leo sic ꝓtriuit oia ossa mea.De mane vsq̄ ad ꝛsperā finies me:sicut pullus hirundinis sic clamabo:meditabor ut columba.Attenuati sūt oculi mei·suspicientes in excelsū.Dñe vim patior:rñde ꝓ me:q̄d dicam:aut q̄d rñdebit mihi cū ipse fecerit?Recogitabo tibi cūctos annos meos i amaritudie aie mee.Dñe si sic viuit̄.⁊ i talib⁹ vita spūs mei:corripies me ⁊ vivificabis me:ecce in pace amaritudo mea amarissima.Tu aūt eruisti aiam meā ut nō pereret:piecisti post tergū tuū oia pcta mea Quia nō infern⁹ confitebit tibi:neq̄ mors laudabit te:nō expectabūt q̄ descēdūt i lacū veritatē tuā.Viuēs viuēs ipse cōfitebit tibi sic ⁊ ego hodie:pat̄ filijs notā faciet ꝓpitatē tuā. Dñe salnū me fac:⁊ psalmos nr̄os cātabim⁹ cūctis dieb⁹ vite nr̄e i domo dñi.Et iussit isaias ut tollerēt massā ꝛ fic̄.⁊ cataplasmarent sup vuln⁹ ⁊ sanaret.Et dixit eçechias. Nō erit signū·q̄a ascēdā i domū dñi.XXXIX

In tpe illo misit merodach baladan filius baladā rex babylonis libros ⁊ munera ad eçechiā.Audierat enī q̄ egrotasset ⁊ qualuisset.Letat⁹ ē aūt sup eis eçechias.⁊ ondit eis cellā aromatū ⁊ argenti ⁊ auri ⁊ odoramētoꝝ ⁊ vnguenti optimi ⁊ cās apothecas suppellectilis sue.⁊ vniūsa q̄ inuēta sūt i thesauris eius.Nō fuit ꝛbū qđ nō oñderet eis eçechias i domo sua.⁊ i oi ptāte sua.Introiuit aūt isaias ꝓpha ad eçechiā regē.⁊ dixit ei.Quid dixerūt viri isti.⁊ vnde venerūt ad te?Et dixit eçechias.De tra longinq̄ venerunt ad me:ꝛ babylone.Et dixit Quid viderunt in domo tua?Et dixit eçechias.Oia q̄ i domo mea sunt viderūt.Non fuit res quā nō oñderim eis i thesauris meis. Et dixit isaias ad eçechiā.Audi ꝛbū dñi exercituū.Ecce dies veniēt.⁊ auferent̄ oia q̄ in domo tua sūt.⁊ q̄ thesaurizauerūt patres tui vsq̄ ad diē hāc·in babyloně.Nō relinquet q̄cq̄·dicit dñs.Et ex filijs tuis q̄ exibūt ex te q̄s genueris tollēt.⁊ erūt eunuchi i palatio regis babylonis.Et dixit eçechias ad isaiā Bonū ꝛbū dñi qđ locut⁹ ē.Et dixit.Fiat tm̄ pax ⁊ veritas i dieb⁹ meis.XL

Consolamini consolami populę me⁹:dicit ds ꝛster.Loq̄mini ad cor ihm ⁊ aduocate eā:q̄m cōpleta ē malitia ei⁹:dimissa ē iniq̄tas illi⁹.Suscepit ex manu dñi duplicia ꝓ oib⁹ pctis suis.Vox clamāt̄ in deserto.Parate viā dñi:rectas facite in solitudine semitas dei nr̄i.Oīs vallis exaltabit̄.⁊ oīs mons ⁊ collis bassiliabit̄.⁊ erūt pua in directa.⁊ aspera i vias planas.Et revelabit̄ gl̄ia dñi.⁊ videbit oīs caro pariter qđ os dñi locutū ē.Vox dicēt̄:Clama.Et dixi.Quid clamabo?Oīs caro fenū ⁊ oīs gloria ei⁹ q̄si flos agri.Exsiccatū ē fenū ⁊ decidit flos:q̄a spūs dñi sufflauit i eo.Vere fenū ē ꝓplis.Exsiccatū est fenū ⁊ decidit flos:ꝛbū aūt dñi manet i ēternū.Sup montē excelsū ascēde tu q̄ euāgelizas syon:exalta in fortitudine vocē tuā q̄ euāgelizas ierl̄m.Exalta noli timē.Dic ciuitatib⁹ iude:Ecce ds ꝛster.Ecce dñs ꝛcus i fortitudine veniet.⁊ brachiū ei⁹ dñabit̄ Ecce merces ei⁹ cū eo.⁊ op⁹ illi⁹ coꝛa illo.Sicut pastor gregē suū pascet:i brachio suo cōgregabit agnos.⁊ in sinu su o leuabit:fetas ipse portabit.Quis mēsus est pugillo aq̄s.⁊ celos palmo pōderauit?Quis appēdit trib⁹ digit̄ molē ēre ⁊ librauit i pōdē mōtes.⁊ colles i statera?Quis audiuit spm̄ dñi:aut cui⁹ ꝓsiliari⁹ ei⁹ fuit ⁊ oñdit illi?Cū q̄ iniit ꝓsiliū ⁊ instruxit eū.⁊ docuit eum semitā iusticie ⁊ eruditionis eū scīa.⁊ viā prudentie ostēdit illi? Ecce gētes q̄si stilla situle.⁊ q̄si momētū statere reputate sūt.Ecce insule q̄si pulvis exiguus.⁊ liban⁹ nō sufficiet ad succendendū.⁊ animalia ei⁹ nō sufficiēt ad holocaustū.Oēs gētes quasi nō sint·sic sūt coꝛa eo.⁊ q̄si nihilū ⁊ inane reputate sūt ei.Cui ḡ similē fecistis deū?aut quā imaginē pōet ei?Nūq̄d sculptile cōflabit faber.aut aurifex auro figurabit

illud. ⁊ laminis argẽteis argentari⁹? Forte lignũ ⁊ imputribile elegit artifex sapiens: q̃rit quomõ statuat simulacrũ qꝫ nõ moueat. Nunq̃d nõ scietis? Nũq̃d nõ audistis? Nũquid nõ annunciatũ est vobis ab initio? Nũquid nõ intelleristis fundamẽta terre? Qui sedet supꝛ gyrũ terre. ⁊ habitatores eius sunt quasi locuste. Qui extẽdit velut nubili celos. ⁊ expãdit eos sicut tabernaculũ ad inhabitãdum. Qui dat secretoꝛ scrutatores q̃si non sint: iudices terre velut inanes fecit. Et q̃dẽ neq; plantato neq; sato neq; radicato i terra ⁊ turbo q̃si stipulã auferet eos. Et cui assimilastis me. ⁊ adequastis. dicit scũs? Leuate i excelsũ oculos vꝛos. ⁊ videte q̃s creauit hec. Qui educit in numero militiã eoꝛũ ⁊ cẽs ex noie vocat. Pre multitudine fortitudinis ⁊ robꝛis ꝑtutisq; eius: neq; vnũ reliquũ fuit. Quare dicis iacob ⁊ loqueris isrl: abscõditã ẽ via mea a dño. ⁊ a deo meo iudiciũ meũ trãsibit? Nunq̃d nescis: aut nõ audisti? Deꝰ sempiternꝰ dñs q̃ creauit ẽmínos terre. ⁊ nõ defeciet neq; laborabit: nec ẽ inuestigatio sapiẽtie eiꝰ. Qui dat lasso ꝑtutẽ. ⁊ bis quinõ pueri ⁊ laborabũt. ⁊ iuuenes i infirmitate cadent. Qui aũt sperãt in dño. mutabũt fortitudinẽ: assumẽt pẽnas sic aq̃le. current ⁊ nõ laborabũt: ãbulabũt ⁊ nõ deficiẽt.

XLI

Iaceant ad me insule. ⁊ gẽtes mutẽt fortitudinẽ. Accedãt ⁊ tũc loquãt: simul ad iudiciũ ꝓpinquemꝰ. Quis suscitauit ab oꝛiẽte iustũ: vocauit eũ ut seq̃tur pedem suum? Dabit i cõspectu eiꝰ gẽtes. ⁊ reges obpulã vẽto raptã arcui eiꝰ. Psequet eos: trãsibit in pace: semita i pedibꝰ eius nõ apparebit. Quis hec opatus ẽ ⁊ fecit: vocãs gnãtiones ab exordio? Ego dñs: primꝰ ⁊ nouissimꝰ ego sũ. Viderũt insule ⁊ timuerũt: extrema ẽre obstupuerũt: appꝛopinquerũt ⁊ accesserunt. Unusq̃sq; ꝓximo suo auxiliabit. ⁊ fratri suo dicet: cõfortare. Cõfortauit faber erarius p. cutiens malleo eũ q̃ cudebat tũc tpis: dicẽs glutino bonũ ẽ. ⁊ ꝓfortauit eũ clauis ut nõ moueret. Et tu isrl seruus meus: iacob quẽ elegi: semẽ abrahã amici mei. in q̃ apprehẽdi te. ⁊ tenui te ab extremis terre ⁊ a longinq̃s eiꝰ vocaui te. ⁊ dixi tibi. Seruus meus es tu: elegi te ⁊ nõ abieci te. Ne timeas. q̃a ego tecũ sum: ne declines q̃a ego deus tuus. Cõfortaui te ⁊ auxiliatꝰ sũ tibi. ⁊ suscepit te dextera iusti mei. Ecce cõfundent ⁊ erubescẽt oẽs qui pugnãt aduersũ te. Erũt quasi non sint. ⁊ pibũt viri q̃ cõtradicũt tibi. Queres eos. ⁊ nõ inuenies viros rebelles tuos. Erũt quasi nõ sint. ⁊ velut ꝓsũptio bois bellãtis aduersũ te: q̃a ego dñs deꝰ tuus apprehẽdẽs manũ tuã dicẽsq; tibi. Ne timeas: ego adiuui te. Noli timere vermis iacob: qui mortui estis ex israhel. Ego auxiliatus sũ tui dicit dñs. ⁊ redẽptoꝛ tuus scũs isrl. Ego posui te q̃si plaustrũ triturans nouũ: bñs rostra serrãtia. Triturabis montes ⁊ cõminues. ⁊ colles q̃si puluerẽ pones. Uẽtilabis eos ⁊ ventus tollet. ⁊ turbo dispergет eos. ⁊ tu exultabis in dño: in scõ isrl letaberis. Egeni ⁊ pauꝑes q̃rũt aq̃s ⁊ nõ sũt: lingua eoꝛ siti aruit. Ego dñs exaudiã eos: deꝰ isrl: nõ derelinquã eos. Aperiã i supinis collibus flumina. ⁊ i medio cãpoꝛũ fontes. Ponã desertũ in stagna aquarũ. ⁊ terrã inuiã i riuos aquarũ. Dabo i solitudinẽ cedrũ ⁊ spinã ⁊ myrtũ ⁊ lignũ oliue. Ponã in deserto abietẽ vlmũ ⁊ buxũ simul: ut videant ⁊ sciãt ⁊ recogitẽt ⁊ intelligant pariẽ: q̃a manꝰ dñi fecit hec. ⁊ scũs isrl creauit illud. Prope facite iudiciũ vꝛm dicit dñs: afferte si q̃d fortе habetis dixit rex iacob. Accedãt ⁊ nũciẽt vobis q̃cunq; uentura sũt. Priora q̃ fuerũt nũciate. ⁊ ponem⁹ coꝛ nꝛm ⁊ sciem⁹: nouissima eoꝛũ ⁊ que uentura sũt indicate nobis. Annũciate q̃ uentura sũt in futurũ. ⁊ sciem⁹ q̃a dij estis vos. Bene q̃ aut male si potestis facite ⁊ loquamur ⁊ videam⁹ simul. Ecce vos estis ex nihilo. ⁊ opus vꝛm ex eo q̃ nõ est. Abhominatio est q̃ elegit vos. Suscitaui ab aq̃lone. ⁊ veniet ab oꝛtu solis. Vocauit nomẽ meum. ⁊ adducet magistratus q̃si lutũ. ⁊ velut plastes calcãs humũ. Quis annũciauit ab exordio ut sciam⁹. ⁊ a ꝓncipio ut dicam⁹. iustꝰ es? Nõ est annũciãs neq; ꝓdicẽs: neq; audiens sermones vꝛos. Primꝰ ad syon dicet: ecce adsũ. ⁊ irlm euãgelistã dabo. Et vidi: ⁊ non erat ex istis q̃sq; q̃ interrogatꝰ rideret ꝓbũ. Ecce eos iusti. ⁊ vana opa coꝛ ventus ⁊ inane simulacra eoꝛũ.

XLII

Ecce seruus meus. suscipiã eũ: electus meus: cõplacuit sibi i illo anima mea dedi spiritũ meũ super eũ: iudicium

gentib⁹ ꝓferet. ¶Nō clamabit neq; accipiet ꝑsonā nec audiet vor ei⁹ foris. ¶Calamū quas/satū nō ꝓteret. ⁊ linū fumigās nō extinguet. In ꝟitate educet iudiciū: nō erit tristis neq; turbulent⁹ donec ponat i terra iudiciū. ⁊ legē ei⁹ insule expectabūt. ¶Hec dic dñs ⁊e⁹ creās celos ⁊ extēdēs eos: firmās ērā ⁊ q̄ germinā ex ea: dans flatū ꝑ̄plo q̄ ē sup eā. ⁊ spīm calcantib⁹ eā. ¶Ego dñs vocaui te i iusticia. ⁊ apprehēdi manū tuā. ⁊ seruaui te. Et dedi te in fedus ꝑ̄pli in lucē gentiū: ut apires oculos cecor. ⁊ educeres ⁊ ꝓclusione vinctū: ⁊ de domo carceris sedētes i tenebris. Ego dñs: ipe ē nomē meū. ¶Gloriā meā alteri nō dabo. ⁊ laudē meā sculptilib⁹. ¶Que ꝓma fuerūt: ecce venerūt: noua q̄ ego annūcio. añq̄ oriāt̄ audita vobis faciā. ¶Cantate dño cāticū nouū: laus ei⁹ ab extremis ērre. ¶Qui descēditis i mare ⁊ plenitudo ei⁹: insule ⁊ habitatores earū. ¶Leuet desertū ⁊ ciuitates eius: in domib⁹ habitabit cedar. ¶Laudate habitatores petre: de ꝟtice montiū clamabūt. ¶Ponēt dño gloriā. ⁊ laudē ei⁹ i insulis nūciabūt. ¶Dñs sicut fortis egredietᵉ sicut vir ꝑliator suscitabit çelū. ¶Ho ciferabitᵉ ⁊ clamabit: sup inimicos suos ꝓfortabitᵉ. ¶Tacui semp silui: patiēs fui sicut parturiēs loquar. Dissipabo ⁊ absorbebo simᵘl: deserta faciā mōtes ⁊ colles. ⁊ oē germē eor exsiccabo. Ponā flumina i insulas. ⁊ stagna arefaciā. Et educā cecos i viā quā nescīūt. ⁊ in semitis quas ignorauerūt ambulare eos faciā Ponā tenebras coram eis i lucē. ⁊ prauā i recta. Hec verba feci eis. ⁊ nō dereliq̄ eos. ¶Cōuersi sūt retrorsū. Cōfundant̄ ꝓfusione q̄ cōfidūt in sculptili: q̄ dicūt ꝓflatili vos dij nr̄i. Surdi audite. ⁊ ceci intuemī ad videndū. Quis cecus nisi seru⁹ me⁹. ⁊ surdus nisi ad quē nūcios meos misi? Quis cecus nisi q̄ ꝟnundatus ē? Et q̄s cecus nisi seru⁹ dñi? Qui vides multa: nōne custodies? Qui aptas baras aures: nōne audies? Et dñs voluit ut sanctificaret eū. ⁊ magnificaret legē ⁊ extolleret: ipse aūt ꝑ̄plus dirept⁹ ⁊ vastat⁹. Laqueⁱ inuenū ēos. ⁊ in domib⁹ carcerū absconditi sūt. Facti sūt in rapinā nec ē q̄ eruat: direptionem nec ē q̄ dicat: redde. Quis ē in vobis q̄ audiat hᵒ attēdat ⁊ auscultet futura? Quis dedit i direptionē iacob. ⁊ israhel vastātib⁹? Nōne dñs ipse cui peccauim⁹. Et noluerūt i vijs eius ambulare. ⁊ non audierunt legem eius. Et effudit super eum indignationē furoris sui ⁊ fortē bellum. ⁊ combussit eum in circuitu ⁊ non cognouit. ⁊ succendit eum ⁊ non intellexit.

XLIII

Et nūc hec dicit dñs creās te iacob: ⁊ formās te israhel. Noli timē. qa redemi te. ⁊ vocaui te nomine tuo. Me⁹ es tu. Cū trāsieris p aqs. tecū ero. ⁊ flumina nō operiēt te. Cū ambulaueris i igne. nō cōburēris. ⁊ flāma nō ardebit i te: qa ego dñs deus tuus scūs israhel saluator tu⁹. Dedi ꝓpitiationē tuā egyptū: ethiopiā ⁊ saba ꝓ te. Ex q̄ honorabilis factᵘs es i oculis meis ⁊ gloriosus: ego dilexi te. Et dabo homines ꝓ te ⁊ ꝑ̄plos ꝓ aia tua. Noli timē. qa ego tecū sū. Ab oriēte adducā semen tuū. ⁊ ab occidēte congregabo te. Dicā aquiloni da. ⁊ austro. noli prohibē. Affer filios meos de lōginq̄. ⁊ filias meas ab extremis terre. Et oēm q̄ ꝟocat nomē meū. in gloriā meā creaui eū: formaui eū ⁊ feci eum. Educ foras ꝑ̄plm cecū ⁊ oculos hītē: surdū. ⁊ aures ei sūt. Oēs gētes congregate sūt simᵘl. ⁊ colligete sūt trib⁹. Quis in vobis annūciet istud ⁊ q̄ ꝓma sūt audire vos faciet? Dent testes eor ⁊ iustificent. ⁊ audiāt ⁊ dicāt. Vere vos testes mei dicit dñs. ⁊ seruus me⁹ quē elegi: ut sciatis ⁊ credatis mihi. ⁊ intelligatis qa ego ipse sū. Ante me nō est format⁹ de⁹: ⁊ p⁹ me nō erit. Ego sū ego sū dñs. ⁊ nō ē absq̄ me saluator. Ego annūciaui ⁊ saluaui: audiri feci. ⁊ nō fuit i vobis alien⁹. Vos testes mei dicit dñs. ⁊ ego de⁹. Et ab initio ego ipe ⁊ nō ē qui de manu mea eruat. Operabor. ⁊ qs auertet illud? Hec dicit dñs redēptor vester scūs israhel. Propter vos emisi babylonē. ⁊ detraham vectes vniūsos ⁊ chaldeos i nauib⁹ suis gloriantes. Ego dñs scūs vester: creās israhel: rex vester. Hec dicit dñs q̄ dedit i mari viā. ⁊ in aquis torrētib⁹ semitā. Qui eduxit q̄drigā ⁊ equū: agmē ⁊ robustū. Simᵘl obdormierūt nec resurgēt: extincti sūt q̄si linū. ⁊ extincti sūt. Ne memineritis priorū. ⁊ antiq̄ ne intueamini. Ecce ego facio noua. ⁊ nunc orientᵘr: vtiq; cognoscetis ea. Ponā in deserto viā. ⁊ i inuio flumina. Et glorificabit me bestia agri. dracones ⁊ strutiones: qa dedi i deserto aqs: ⁊ flumina in inuio. ut darē potū ꝑ̄plo meo electo meo. Populū istū formaui mihi: laudē meā narrabit. Nō me inuocasti iacob. nec laborasti me israhel. Nō obtulisti mihi arietē holocausti

tui. ⁊ victimis tuis non glorificasti me. Nō te seruire feci in oblatione: nec laborem tibi præbui in thure. Nō emisti mihi argēto calamū. ⁊ adipe victimarū tuarū non inebriasti me. Verumtñ seruire me fecisti in pctis tuis: ꝓbuisti mihi laborē i iniq̄tatib⁹ tuis. Ego sū. ego sum ipse qui deleo iniq̄tates tuas ꝓpter me. ⁊ pctōrū tuor nō recordabor. Reduc me in memoriā ⁊ iudicemur simul: narra si quid habes ut iustificēris. Pater tuus ꝑm⁹ peccauit. ⁊ interpres tui ꝓuaricati sūt i me. Et cōtaminaui principes scōs: dedi ad interitionē iacob. ⁊ isrl i blasphemiā.

XLIIII

Et nūc audi iacob serue meus. ⁊ isrl quē elegi. Hec dicit dñs faciēs ⁊ formans te: ab vtero auxiliator tuus. Noli timē serue me⁹ iacob. ⁊ rectissime quē elegi. Effundā. n. aquas sup sitientē. ⁊ fluenta sup aridā. Effūdā spīm meū sup semē tuū. ⁊ benedictionē meā sup stirpē tuā. ⁊ germinabunt inē herbas q̄si salices iuxta p̄terfluētes aq̄s. Iste dicet dñi ego sū. ⁊ ille vocabit i nomine iacob. Et ille scribet manu sua dño. ⁊ in nomine israhel assimilabit. Hec dicit dñs rex isrl ⁊ redēptor eius. dñs exercituū. Ego ꝑm⁹ ⁊ ego nouissim⁹. ⁊ absq̄ me nō ē de⁹. Quis similis mei: vocet ⁊ annūciet. ⁊ ordinē exponat mihi ex q̄ constitui populū antiquū. Ventura ⁊ q̄ futura sunt annūciet eis. Nolite timē: neq̄ cōturbemini. Extūc audire te feci. ⁊ annūciaui vos estis testes mei. Nūq̄d ē de⁹ absq̄ me. ⁊ formator quē ego nō nouerim? Plastes idoli cēs nihil sūt. ⁊ amātissima eor nō ꝑdesse eis. Ipsi sūt testes eor. q̄a nō vidēt neq̄ intelligūt ut confundant. Quis formauit deū. ⁊ sculptile cōflauit. ad nihil vtile? Ecce cēs participes eius confundent. Fabri. n. sūt ex lignis. Cōuenite cēs: stabūt ⁊ pauebūt. ⁊ confundent simul. Faber ferrari⁹ lima operatus est: in prunis ⁊ i malleis formauit illud. ⁊ operatus ē in brachio fortitudinis sue. Esuriet ⁊ deficiet: non bibet aquā ⁊ lassescet. Artifex lignari⁹ extendit normā: formauit illud in runcina. Fecit illud in angularibus. ⁊ in circino formauit illud. ⁊ fecit imaginē viri quasi speciosum domine habitantē in domo. Succidit cedros: sumpsit ilicē ⁊ quercū. q̄ steterat inē ligna saltus. Plantauit pinū quā pluuia nutriuit. ⁊ facta est hominib⁹ i focū. Sūpsit ex eis ⁊ calefact⁹ est, ⁊ succendit ⁊ coxit panes: de reliquo autē operat⁹ ē deū ⁊ adorauit: fecit sculptile. ⁊ curuatus est ante illud. Medium eius combussit igni: ⁊ de medio eius carnes comedit. Coxit pulmentū ⁊ saturatus est. ⁊ calefactus est. ⁊ dixit. Vah calefactus sum: vidi focū. Reliquū aūt eius. deū fecit ⁊ sculptile sibi. Curuatur ante illud. ⁊ adorat illud ⁊ obsecrat dicens. Libera me. q̄a deus me⁹ es tu. Nescierunt neq̄ intellexerūt. Obliti. n. sūt ne videant oculi eor. ⁊ ne intelligāt corde suo. Non recogitat in mente sua: neq̄ cognoscūt neq̄ sentiūt ut dicāt. Medietatē ei⁹ combussi igni ⁊ coxi sup carbones ei⁹ panes: coxi carnes ⁊ comedi. ⁊ de reliquo eius idolū faciā? Ante truncū ligni ꝓcidā? Pars eius cinis ē. Cor insipiens adorabit illud. ⁊ nō liberabit aiam suā: neq̄ dicet. forte mēdacium ē in dextera mea. Memēto horū iacob ⁊ isrl. q̄m seruus meus es tu. Formaui te: seruus meus es tu isrl. nō obliuiscaris mei. Deleui ut nubē iniquitates tuas. ⁊ quasi nebulā pctā tua. Reuertere ad me: q̄m redemi te. Laudate celi: q̄m misericordiā fecit dñs. iubilate extrema terre. Resonate mōtes laudationē: saltus ⁊ omne lignū eius. Quoniā redemit dñs iacob. ⁊ israhel gloriabitur. Hec dicit dñs redēptor tu⁹. ⁊ formator tuus ex vtero. Ego sū dñs faciēs oia: extendens celos solus: stabiliēs terrā ⁊ nullus mecū. Irrita faciēs signa diuinoꝝ. ⁊ariolos in furorē vertēs. Cōuertens sapientes retrorsum ⁊ scientiā eor stultā faciens. Suscitans verbū serui sui. ⁊ consiliū nūcioꝝ suor cōplens. Qui dico hierusalem habitaberis. ⁊ ciuitatibus iude edificabimini. ⁊ deserta eius suscitabo. Qui dico profūdo de solare. ⁊ flumina tua arefaciam. Qui dico cyro pastor meus es. ⁊ omnē voluntatē meā complebis. Qui dico hierusalē edificaberis. ⁊ templo fūdaberis.

XLV

Hec dicit dñs christo meo cyro cui⁹ apprehēdi dexteram ut subijciā ante faciem eius gētes. ⁊ dorsa regū vertā. Et aperiā coram eo ianuas. ⁊ porte nō claudēt. Ego aūt te ibo. ⁊ gloriosos terre humiliabo. Portas ereas cōteram. ⁊ vectes ferreos cōfringā. Et dabo tibi thesauros absconditos. ⁊ archana secretor: ut scias q̄a ego dñs. q̄ voco nomen tuū deus isrl. ꝓpter seruū meū iacob. ⁊ isrl electum meū. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te. ⁊ non cognouisti me. Ego dñs. ⁊ non est

amplius. Extra me nō est dūs. Accinxi te. & non cognouisti me: ut sciāt hi q̄ ab ortu solis & qui ab occidēte: q̄m absq̄ me nō ē dē. Ego dñs & nō est alē: formans lucē. & creās tenebras: faciēs pacē & creās malū. Ego dñs faciens oīa hec. Rorate celi dēsup & nubes pluāt iustū: aperiat terra & germinet saluatorē. & iusticia oriat simul. Ego dñs creaui eū. Ve qui ꝓdicit factori suo: testa de samijs ere. Nūq̄d dicet lutū figulo suo: quid facis & opus tuū absq̄ manib⁹ ē. Ve q̄ dicit pri q̄d generas. & mulieri q̄d parturis. Hec dicit dñs scūs isrl & plastes ei⁹. Uētura interrogate me: sup filios meos & sup op⁹ manuū meaꝝ mādate mihi. Ego feci trā. & vocē sup eā creaui ego. Manus mee tetēderūt celos. & oi militie eoꝝ mādaui. Ego suscitaui eū ad iusticiā. & cūctas vias ei⁹ dirigā. Ipse edificabit ciuitatē meā. & captiuitatē meā dimittet nō i pcio neq̄ i muneribus dicit dñs dē⁹ exercituū. Hec dicit dñs Labor egypti & negociatio ethiopie & sabaim viri sublimes: ad te transibunt & tui erūt. Post te ambulabūt vincti manicis & gent. & te adorabūt teq̄ rogabunt. Quia in te est dē⁹. & nō ē dē⁹ absq̄ te. Vere tu es dē⁹ absconditus: dē⁹ isrl saluator. Cōfusi sūt & erubuerūt oēs simul: abierūt i cōfusione fabricatores erroꝝ. Israhel saluat⁹ ē in dño salute eēna. Nō cōfundemini & nō erubescetis usq̄ in seculū seculi: q̄a hec dicit dñs creās celos. Ipse dē⁹ formās terrā & faciēs eā: ipse plastes ei⁹. Nō i vanū creauit eā: ut habitaret formauit eā. Ego dñs & nō ē alius. Nō in abscōdito locutus sum: in loco tre tenebroso. Nō dixi semini iacob frustra: quērite me. Ego dñs loquens iusticiā. annūcians recta. Cōgregamini & venite. & accedite simul q̄ saluati estis ex gētib⁹. Nescierunt qui leuant signū sculpture sue. & rogāt dēm nō saluātē. Annūciate & venite. & cōsiliamini simul. Quis auditū fecit hoc ab initio: Extūc pdixit illud. Nūq̄d nō ego dñs. & nō ē vltra dē⁹ absq̄ me: Deus iust⁹ & saluās nō ē preter me. Cōuertimini ad me & salui eritis oēs fines trē: q̄a ego dē⁹ & nō ē alius. In memetipso iurauī: egredietur de ore meo iusticie vbū. & nō reuertet: q̄a mihi curuabit oē genu. & iurabit omis lingua. Ergo i dño dicēt. Mee sūt iusticie & ipetrū. Ad eū veniēt. & cōfundent oēs q̄ repugnant ei. In domino iustificabit & laudabitur omne semen israhel.

XLVI

Confractus ē bel: cōtrit⁹ ē nabo: facta sunt simulacra eoꝝ bestijs & iumentis. Onera vra graui pōdere vsq̄ ad lassitudinē prabuerūt. & cōtrita sūt simul. Nō potuerunt saluare portantē. & anima eorū in captiuitatē ibit. Audite me dom⁹ iacob. & oē reliquū dom⁹ isrl. Qui portati a meo vtero: q̄ gestati a mea vulua. Usq̄ ad senectā ego ipse. & vsq̄ ad canos ego portabo. Ego feci & ego ferā: ego portabo & saluabo. Cui assimilastis me & adeq̄stis. & cōparastis me & fecistis simile. Qui cōferti aurū de sacculo. & argentum statera pōderauit. Cōducētes aurifice ut faciat deū. & pcidūt & adorāt. Portāt illū i humeris gestātes. & ponētes i loco suo. Et stabit: ac de loco suo nō mouebit. Sed & cū clamauerint ad eū nō audiet: de tribulatione nō saluabit eos. Memētote istud & fūdamini: redite prauricatores ad cor. Recordami priorū seculi: quia ego sū dē⁹ & nō ē vltra dē⁹: nec est similis mei annūcians ab exordio nouissimū. & ab initio que necdū facta sūt dicēs: Cōsiliū meū stabit. & omis voluntas mea fiet. Vocans ab oriēte auē. & de terra longinq̄ virū voluntatis mee. Et locut⁹ sū & adducā illud: creaui & faciā illud. Audite me duro corde: qui longe estis a iusticia. Prope feci iusticiā meā & nō elongabit. & salus mea nō morabit. Dabo in syon salutē & in israhel gloriā meā.

XLVII

Descende: sede i pulvere virgo filia babylon: sede i terra. Nō est soliū filie chaldeoꝝ: q̄a vltra non vocaberis mollis & tenera. Tolle molā & mole farinā: denuda turpitudinē tuā. Discoopri humerū: reuela crura: trāsi flumia. Reuelabit ignominia tua. & videbit opprobriū tuū. Ultionē capiā. & nō resistet mihi hō. Redēptor nr dñs exercituū: nomē illi⁹ scūs isrl. Sede tace & intra i tenebras filia chaldeoꝝ: q̄a nō vocaberis vltra dña regnoꝝ. Iratus sum sup pplm meū: pfanaui hereditatē meā. & tradi eos i manu tua. Nō posuisti eis misericordias. Sup senē aggrauasti iugū tuū valde. & dixisti. In sempiternū ero dña. Nō posuisti hec sup cor tuū: neq̄ recordata es nouissimi tui. Et nūc audi hec delicata & habitās confidenter: q̄ dicis i corde tuo ego sū. & nō ē preter me amplius. Nō sedebo vidua. & ignorabo sterilitatem. Venient tibi duo hec subito i die vna: sterilitas & viduitas. Uniuersa venerūt sup te

ꝓpter multitudinē maleficioꝝ tuoꝝ: & ꝑ̄
duritiā incātatoꝝ tuoꝝ vehementē. Et fiducia habuisti i malitia tua. & dixisti. Nō est
q̄ videat me. Sapiētia tua & scia tua hꝫ decepit te. Et dixisti i corde tuo. Ego sū. & ꝓter
me nō ē altera. Veniet sup te malū & nescies
ortū ei⁹. & irruet sup te calamitas quā nō poteris expiare. Veniet sup te repente miseria
quā nescies. Ꝑta cū incantatoꝝb⁹ tuis & cū
multitudine maleficioꝝ tuoꝝ i quib⁹ laborasti ab adolescētia tua: si forte q̄d ꝓfit tibi: aut
si possis fieri fortior. Defecisti i multitudine
ꝯsiliꝝ tuoꝝ. Stēt & saluēt te augures celi q̄
contēplabant sidera & supputabant mēses: ut
ex eis annūciarēt venturа tibi. Ecce facti sunt
q̄si stipula: ignis cōbussit eos. Nō liberabūt
aiam suā de manu flāme: nō sūt ꝓsune quib⁹
calefiāt: nec foc⁹ ut sedeāt ad eū. Sic facta
sūt tibi: in q̄buscūq; laborareras. Negociatores tui ab adolescētia tua: vnusq̄sq; in via
sua errauerūt. Nō ē q̄ saluet te. XLVIII

Audite hꝫ dom⁹ iacob q̄ vocami noīe
isrl̄. & de aq̄s iuda existis: q̄ iurat⁊ in
noīe dñi. & dei isrl̄ recordami nō in
veritate neq; in iustitia. De ciuitate eni scā vocati sūt. & sup deū isrl̄ ꝓstabiliti sūt. Dñs exercituū nomē ei⁹. Priora extūc annūciaui & ex ore meo exierunt. & audita feci ea: repente
& opatus sū & venerūt. Sciui. n. q̄a dur⁹ es tu:
& nervus ferre⁹ cervix tua. & frons tua erea.
Predixi tibi extūc: ant̄q̄ veniret indicaui tibi
ne forte diceres. Idola mea fecerūt hꝫ. & sculptilia mea & pflatilia mādauerūt ista. Que
audisti: vide oīa. Vos aut̄ non annūciastis.
Audita tibi feci noua extūc & cōseruata sūt
que nescis. Nūc creata sūt & nō extūc. & añ
diē: & nō audisti ea: ne forte dicas ecce ego
cognoui ea. Neq; audisti neq; cognouisti: neq;
extūc apta est aur⁊ tua. Scio. n. q̄a ꝓuaricās
ꝓuaricaberis. & transgressore ex vtero vocaui
te. Propt̄ nomē meū lōge faciā furorē meū:
& laude mea frenabo te ne intereas. Ecce exco.
xi te & nō q̄si argentū: elegi te i camino paupertat⁊. Propt̄ me propt̄ me faciā: ut nō blasfemer. & gloriā meā alteri non dabo. Audi me
iacob. & isrl̄ quē ego voco. Ego ipse: ego ꝑm⁹
& ego nouissim⁹. Man⁹ q̄q; mea fūdauit trā:
& dext̄a mea mēsa ē celos. Ego vocabo eos. &
stabūt simul. Cōgregamini oēs vos & audite.
Quis de eis annūciauit hꝫ: Dñs dilexit eū:
faciet voluntatē suā i babylone. & brachiū suū
in chaldeis. Ego ego locutus sū & vocaui eū:
adduxi eū: & directa ē via eius. Accedite ad
me: & audite hꝫ. Nō a ꝓncipio i abscōdito locut⁹ sū. Ex tpe ant̄q̄ fierēt ibi erā. & nūc dns
de⁹ misit me & spūs ei⁹. Hec dicit dns de⁹ redēptor tuus scūs isrl̄. Ego dns de⁹ tu⁹: docens te vtilia: gubernās te i via q̄ ambulas.
Utinā attendisses mādata mea. Facta fuisset
sicut flumē pax tua. & iusticia tua sicut gurgites maris. Et fuisset q̄si harena semē tuū:
& stirps uteri tui ut lapilli ei⁹. Nō interisset
& non fuisset attritū nomē eius a facie mea.
Egredimini de babylone: fugite a chaldeis.
In voce exultatiōis annūciate: auditū facite
hꝫ: & efferte illud usq; ad extrema tre. Dicite.
Redemit dns seruū suū iacob. Nō sitierūt
in deserto cū educeret eos. Aquā de petra ꝓduxit eis. & scidit petrā & fluxerūt aque. Nō
est pax impijs dicit dns. XLIX

Audite insule & attendite ꝓpli de lōge.
Dns ab utero vocauit me: de ventre
matris mee recordat⁹ ē nois mei. Et
posuit os meū q̄si gladiū acutū: i umbra manus sue ꝓtexit me & posuit me sicut sagittam
electā. In pharetra sua abscōdit me. & dixit
mihi. Seru⁹ me⁹ es tu isrl̄: q̄a i te glificabor.
Et ego dixi. In vacuū laboraui: sine causa &
vane fortitudinē meā cōsūpsi. Ergo iudiciū
meū cū dño: & op⁹ meū cū deo meo. Nec dic
dns formās me ex utero seruū sibi: ut reducam iacob ad eū: & isrl̄ nō ꝓgregabit̄. Et glorificatus sū i oculis dñi: & de⁹ me⁹ fact⁹ est
fortitudo mea. Et dixit. Parū ē ut sis mihi
seruus ad suscitādas trib⁹ iacob. & feces isrl̄
quertēdas. Dedi te i lucē gentiū: ut sis salus
mea usq; ad extremū tre. Hec dicit dns redēptor isrl̄. l̄. scūs eius: ad ꝓtēptibilē aiam: ad
abhominatā gentē: ad seruū dnoꝝ. Reges
videbūt & ꝓsurgēt ꝓncipes. & adorabūt ꝓpt̄
dñm: q̄a fidelis ē. & scm̄ isrl̄ q̄ elegit te. Hec
dicit dns. In tpe placito exaudiui te. & i die
salut⁊ auxiliat⁹ sū tui. Et seruaui te & dedi te
in fedus ꝓpli ut suscitares terrā & possideres
hereditates dissipatas: ut diceres his q̄ vincti sūt. exite: & his q̄ in tenebris. reuelamini.
Sup vias pascent̄. & in oībus planis pascua
eoꝝ. Nō esuriēt neq; sitiēt. & nō percutiet eos
est⁹ & sol: q̄a miserator eoꝝ reget eos. & ad
fōtes aquaꝝ potabit eos. Et ponā oēs mōtes

meos in viã. ⁊ semite mee exultabunt. Ecce isti de longe venient. ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari. ⁊ isti de terra australi. Laudate celi ⁊ exulta terra: iubilate montes laudē: quia cōsolatus est dñs populū suū. ⁊ pauperū suoꝝ miserebit. Et dixit syon: dereliquit me dñs. ⁊ dñs oblitus ē mei. Nūqd obliuisci pōt mulier infantē suū: ut nō miserear filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tñ non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semp. Venerūt structores tui: destructores te. ⁊ dissipātes a te exibūt. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: oēs isti cōgregati sunt: venerūt tibi. Viuo ego dicit dñs. qa oibus his velut ornamēto vestieris. ⁊ circūdabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua ⁊ solitudines tue ⁊ terra ruine tue: nūc angusta erūt p̄ habitatoꝝ. ⁊ longe fugabunt q̄ absorbēbāt te. Adhuc dicēt i auribus tuis filij sterilitatis tue. Angustus ē mihi locus: fac spatiū mihi ut habitē. Et dices in corde tuo. Quis genuit mihi istos? Ego sterilis ⁊ non pariēs trāsmigrata ⁊ captiua. ⁊ istos quis enutriuit? Ego destituta ⁊ sola. ⁊ isti vbi b erāt? Hec dicit dñs de. Ecce leuato ad gentes manū meā. ⁊ ad pl̄os exaltato signū meū. Et afferēt filios tuos in vlnis. ⁊ filias tuas super humeros portabūt. Et erūt reges nutritij tui. ⁊ regie nutrices tue. Vultu in terra demisso adorabūt te. ⁊ pulverem pedū tuoꝝ lingēt. Et scies qa ego dñs: sup q̄ nō confundent q̄ expectāt eū. Numqd tollet a forti p̄da: aut qō captū fuerit a robusto saluum esse poterit? Quia hec dicit dñs. Equidem ⁊ captiuitas a forti tollet. ⁊ qō ablatū fuerit a robusto saluabit. Eos vero qui iudicauerunt te. ego iudicabo. ⁊ filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnib⁹ suis. ⁊ quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Et sciet omnis caro. quia ego dñs saluās te. ⁊ redemptor tuus fortis iacob.

Hec dicit dñs. Quis ē hic liber repudij matris vre: quo dimisi eā? Aut quis ē creditor meus: cui vēdidi vos? Ecce enī in iniquitatib⁹ vris venditi estis: ⁊ in sceleribus vestris dimissi matrē vestrā: qa veni ⁊ non erat vir: vocaui ⁊ nō erat q̄ audiret. Numquid abbreuiata ⁊ parvula facta est manus mea ut nō possim redimē. aut nō est in me virtus ad liberandū? Ecce in increpatiōe mea desertū faciā mare: ponā flumia in siccū. Cōputrescent pisces sine aqua. ⁊ morientur in sitī. Induā celos tenebris. ⁊ saccū ponā operimētū eoꝝ. Dñs dedit mihi linguā eruditā: ut scīa sustentare eū qui lassus est verbo. Erigit mane mane erigit mihi aurē: ut audiā q̄si magistrū. Dñs de aperuit mihi aurē: ego aūt nō dico: retrorsū nō abij. Dorsū meū dedi percutientib⁹. ⁊ genas meas vellentib⁹. Faciē meā nō auerti ab increpantib⁹ ⁊ cōspuentib⁹ in me. Dñs deus auxiliator me⁹. ⁊ ideo nō sū confusus. Ideo posui faciē meā ut petrā durissimā. ⁊ scio qm̄ nō cōfundar. Iuxta est q̄ iustificat me. Quis dicet mihi? Stem⁹ simul. Quis est aduersarius me⁹? Accedat ad me. Ecce dñs de auxiliator me⁹. Quis ē qui cōdēnet me? Ecce oēs q̄si vestimentū cōterent: tinea comedet eos. Quis ex vob timēs dñm audiēs vocē serui sui? Quis ambulauit i tenebris ⁊ nō ē lumē ei? Speret in nōie dñi. ⁊ innitat sup deū suū. Ecce vos oēs accēdentes ignē. accincti flāmis. Ambulate i lumine ignis vri. ⁊ i flāmis q̄s succēdistis. De manu mea factū est ḃ vobis. In dolorib⁹ dormietis.

Audite me qui sequimini qd̄ iustū est ⁊ q̄rit dñm. Attēdite ad petrā vnde excisi estis. ⁊ ad cauernā laci de qua precisi estis. Attēdite ad abrahā patrē vrm: ⁊ ad sarā que peperit vos. Quia vnū vocaui eū. ⁊ bñdixi ei. ⁊ multiplicaui eū. Cōsolabit ḡ dñs syon. ⁊ consolabit oēs ruinas eius. Et ponet deserti eius quasi delitias. ⁊ solitudinem eius quasi hortū dñi. Gaudiū ⁊ leticia inuenietur in ea: gratiarū actio ⁊ vox laudis. Attēdite ad me pl̄e me⁹. ⁊ trib⁹ mea me audite. Quia lex a me exiet. ⁊ iudiciū meū i lucē populoꝝ requiescet. Prope i iustus meus: egressus est saluator me⁹. ⁊ brachia mea pl̄os iudicabūt. Me insule expectabūt. ⁊ brachium meū sustinebūt. Leuate in celū oculos vros: ⁊ videte sub terra deorsū: qa celi sicut fum⁹ liquescēt. ⁊ terra sicut vestimētū atteret: ⁊ habitatores eius sicut hec interibunt. Salus aūt mea i sempiternū erit. ⁊ iustitia mea nō deficiet. Audite me q̄ scitis iustū: pl̄us me⁹ lex mea in corde eoꝝ. Nolite timē opprobriū hoīuꝫ. ⁊ blasphemias eorū ne metuatis. Sicut enim vestimentū sic comedet eos vermis. ⁊ sicut lanā sic deuorabit eos tinea. Salus aūt mea i sempiternū erit. ⁊ iustitia mea i generatiōs

generationū. Cōsurge cōsurge: induere fortitudinē brachiū dñi. Cōsurge sicut i diebꝫ antiqs: in gnationibꝫ seculoꝝ. Nūqd nō tu percussisti supbū: vulnerasti draconē? Nūqd nō tu siccasti mare: aquā abyssi vehementis? Qui posuisti ꝓfundū maris viā: ut trāsirēt liberati. Et nūc qui redēpti sūt a dño. reuertent̄ & veniēt in syon laudātes. & leticia sempiterna sup capita eoꝝ. Gaudiū & leticiā tenebunt: fugiet dolor & gemitus. Ego ego ipse cōsolabor vos. Quis tu ut timeas ab homine mortali & a filio hois: qui quasi fenū ita arescet. & oblitus es dñi factoris tui qui tetendit celos & fundauit terrā. & formidasti iugiter tota die a facie furoris ei⁹ q̄ te tribulabat. & parauerat ad pdēdū? Ubi nūc ē furor tribulantis? Cito veniet gradiēs ad aperiendū. & nō interficiet vsq; ad īnēnitionē: nec deficiet panis ei⁹. Ego aūt sū dñs deꝰ tuus qui conturbo mare & intumescūt fluctus eius: dñs exercituū nomē meū. Posui verba mea in ore tuo. & in vmbra manus mee ꝓtexi te: ut plantes celos & fūdes terrā. & dicas ad syon: ꝑplus meus es tu. Elevare elevare: cōsurge ierl̄m: q̄ bibisti de manu dñi calicem ire eius. Usq; ad fundum calicis soporis bibisti. & potasti usq; ad feces. Nō est qui sustentet eā ex oibus filijs quos genuit. & nō est qui apprehēdat manum ei⁹ ex oibus filijs q̄s enutrinit. Duo sūt q̄ occurrerūt tibi. Quis cōtristabit sup te? Vastitas & ꝓtritio & fames & gladi⁹. Quis ꝓsolabit̄ te? Filij tui ꝓiecti sūt: dormierūt in capite oīuz viarū sicut oryx illaqueat⁹: pleni indignatiōe dñi increpatiōe dei tui. Idcirco audi hec pauperula. & ebria nō a vino. Hec dic dñator tuus dñs. & deus tuus qui pugnauit ꝓ ꝑplo suo. Ecce tuli de manu tua calicē soporis: fūdū calicē idignatiōis mee. Nō adijcies ut bibas illū vltra. Et ponā illū in manu eoꝝ qui te humiliauerūt. & dixerūt' anie tue incurua ut trāseam⁹. & posuisti ut terrā corpus tuū. & quasi viā trāseuntib⁹.

CAPUT LII

Consurge ꝓsurge: induere fortitudie tua syon. Induere vestimentis glie tue hierusalē ciuitas sancti: q̄a nō adijciet vltra ut ptrāseat p te incircūcisus & imūdus. Excutere de pulue: cōsurge: sede ierl̄m. Solue vincula colli tui captiua filia syon: q̄a hec dicit dñs. Gratis venūdati estis. & sine argento redimemi. Quia hec dicit dñs deꝰ. In egyptum descēdit ꝑplus meus in ꝓncipio. ut colonus esset ibi. & assur absq; vlla cā calumniatus ē eū. Et nūc q̄d mihi est hic dicit dñs? Quōm ablatus ē ꝑplus me⁹ gratis. Dñatores eius iniq̄ agūt dicit dñs. & iugiter tota die nomē meū blasphemat̄. Propter hoc sciet ꝑplus meus nomē meū in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quā pulchri sup mōtes pedes annūciantis & p̄dicantis pacē: annūciantis bonū. p̄dicantis salutē: dicētis. Syon regnabit deꝰ tuus. Vox speculatorꝝ tuorꝝ. Leuauerunt vocē: simul laudabūt. q̄a oculo ad oculū videbūt. cū conuerterit dñs syon. Laudate & laudate simul deserta ierl̄m: q̄a consolat⁹ ē dñs ꝑplm suū. redemit ierl̄m. Parauit dñs brachium sanctū suū in oculis oīuz gentiū. & videbūt oēs fines terre salutare dei nri. Recedite recedite: exite inde: pollutū nolite tangere. Exite de medio ei⁹. mūdamini q̄ fertis vasa dñi. Quōm nō in tumultu exibitis: nec in fuga ꝓperabitis. Precedet.n. vos dñs. & congregabit vos deus isrl̄. Ecce intelliget serv⁹ meus: exaltabit̄ & elevabit̄. & sublimis erit valde. Sicut obstupuerūt sup te multi: sic inglori⁹ erit inter viros aspectus ei⁹. & forma ei⁹ inter filios hoīuz. Iste aspget gētes multas: sup ipsū ꝓtinebūt reges os suū. Quia quib⁹ nō est narratū de eo viderūt. & qui nō audierūt ꝓtemplati sunt.

CAPUT LIII

Quis credidit auditui nro & brachium dñi cui revelatū est? Et ascēdet sicut virgultū coram eo. & sicut radix de terra sitienti. Nō est spes ei neq; decor. Et vidimus eū & nō erat aspect⁹. & desideravimus eū despectū & novissimū virorum: virū dolorū & scientē infirmitatē. Et quasi absconditus vult⁹ ei⁹ & despect⁹: unde nec reputauimus eū. Vere languores nros ipse tulit. & dolores nros ipse portauit. Et nos reputauim⁹ eū quasi leprosū. & percussū a deo & humiliatū. Ipse aūt vulnerat⁹ est ꝓpter iniquitates nras attritus est ꝓpter scelera nra. Disciplina pacis nre sup eū. & livore ei⁹ sanati sum⁹. Oēs nos q̄si oues errauim⁹: unusq̄sq; in viā suā declinauit. & posuit dñs in eo iniquitatē oīuz nrm. Oblatus est q̄a ipse voluit. & nō aperuit os suū. Sicut ovis ad occisionē ducet̄. & quasi agn⁹ coram tondente se obmutescet. & nō aperiet os suū. De angustia & de iudicio sublatus est. Generationē eius q̄s enarrabit? Quia abscisus est de terra vivētiū. Propter scelus ꝑplī mei

pcussi eū. Et dabit ipios ꝓ sepultura. ⁊ diuites ꝓ morte sua: eo q iniquitatē nō fecerit neq; dolus fuerit i ore eius. ⁊ dñs voluit cōterē eū i infirmitate. Si posuerit ꝓ pcō aiam suā videbit semē longeuū. ⁊ voluntas dñi in manu ei⁹ diriget. Ꝓ eo q laborauit aīa eius: videbit ⁊ saturabit. In scia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos ⁊ iniq̄tates eoꝝ ipse portabit. Ideo dispartiā ei plurimos ⁊ fortiū diuidet spolia: ꝓ eo q tradidit in mortem aiam suā. ⁊ cū sceleratis reputatus est. Et ipse pecata multoꝝ tulit. ⁊ ꝓ transgressoribus rogauit.

LIIII

Lauda sterilis que nō paris: decanta laudē ⁊ binni que non pariebas: qm̄ multi filij deserte magis q̄ ei⁹ q̄ habebat virū dicit dñs. Dilata locū tēdrij tui. ⁊ pelles tabernaculoꝝ tuoꝝ extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos. ⁊ clauos tuos cōsolida. Ad dexterā enī ⁊ leuā penetrabis: ⁊ semē tuū gētes hereditabit. ⁊ ciuitates desertas inhabitabit. Nolitimere qa nō cōfūderis neq; erubescas. Nō enī te pudebit: qa cōfusionis adolescētie tue obliuiscēris. ⁊ opprobrij viduitatis tue nō recordaberis amplius. Quia dñabit tui q̄ fecit te: dñs exercituū nomē ei⁹. ⁊ redēptor tuus scūs isrl: deus oīs terre vocabit. Quia ut mulierem derelictā ⁊ merentē spū vocauit te dñs. ⁊ uxorē ab adolescētia abiectā. Dixit deꝰ tuꝰ. Ad pūctū in modico dereliqui te. ⁊ i miserationib⁹ magnis congregabo te. In momēto in dignatiōis ablcōdi faciē meā parūp a te. ⁊ i misericordia sempiterna miserꝰ sum tui: dixit redēptor tuus dñs. Sicut in diebus noe istud mihi est: cui iurauī ne iducerē aq̄s diluuij ultra sup̄ ērā: sic iurauī ut nō irascar tibi ⁊ nō increpem te. Mōtes enī cōmouebūt ⁊ colles ꝓtremiscēt: misericordia aūt mea nō recedet a te. ⁊ fed⁹ pacis mee nō mouebit: dixit miserator tuus dñs. Paupcula tēpestate cōmulsa absq; vlla consolatiōe: ecce ego sternā p ordinē lapides tuos. ⁊ fundabo te i sapphyris. ⁊ ponā iaspidē ꝓpugnacula tua. ⁊ portas tuas i lapides sculptos. ⁊ cōs terminos tuos i lapides desiderabiles. ⁊ oēs filios tuos doctos a dño: ⁊ multitudinē pacis filijs tuis. ⁊ in iusticia fundaberis. Recede ꝓcula calūnia. qa nō timebis. ⁊ a pauore. qa nō approp̄quabit tibi. Ecce accola veniet. q̄ nō erat mecū: aduena quondā tuꝰ adiūget tibi. Ecce ego creaui fabrū sufflantē in igne prunas: ⁊ pferentē vas in opus suū. ⁊ ego creaui interfectorem ad disperdendū. Oē vas qđ fictū est. ꝑ te nō dirigef. ⁊ oēm linguā resistentē tibi in iudicio iudicabis. Hec ē hereditas seruoꝝ dñi. ⁊ iusticia eoꝝ apud me. dicit dñs.

LV

O Mnes sitientes venite ad aq̄s. ⁊ qui nō habetis argētū ꝓperate. emite ⁊ comedite. Venite emite absq; argento ⁊ absq; vlla cōmutatiōe. vinū ⁊ lac. Quare appenditis argētū nō i panib⁹. ⁊ laborē vīm nō in saturitate? Audite audientes me. ⁊ comedite bonū. ⁊ delectabit in crassitudine aīa vra. Inclinate aurē vram ⁊ venite ad me: audite ⁊ viuet aīa vra. ⁊ feriā vobiscū pactū sempiternū: misericordias dauid fideles. Ecce testem ꝓpīs dedi eū. ducē ac ꝓceptorē gentib⁹. Ecce gentē quā nescieb as vocabis. ⁊ gētes q̄ nō cognouerūt te. ad te current ꝓpt dñm deū tuū ⁊ scm isrl: qa glorificauit te. Querite dñm dū inueniri pōt. invocate eū dū ꝓpe. Derelinquat impius viā suā. ⁊ vir iniquus cogitationes suas. ⁊ reuertat ad dñm ⁊ miserebit ei⁹. ⁊ ad deū nrm: qm̄ multus est ad ignoscendū. Nō enī cogitationes mee cogitationes vre: neq; vie vre vie mee. dicit dñs. Quia sicut exaltant celi a terra. sic exaltate sūt vie mee a vijs vris. ⁊ cogitationes mee a cogitationib⁹ vris. Et quō descendit imber ⁊ nix de celo ⁊ illuc vltra nō reuertit. sed inebriat terā ⁊ infūdit eā ⁊ germinare eā facit. ⁊ dat semē serenti. ⁊ panē comedenti. sic erit verbū meū qđ egredief de ore meo. Nō reuertet ad me vacuū: sed faciet q̄cūq; volui. ⁊ prosperabit in his ad que misi illud. Quia in leticia egrediemini. ⁊ in pace deducemini. Montes ⁊ colles cantabūt coram vobis laudem. ⁊ oīa ligna regionis plaudēt manu. Ꝓ saliuncula ascendet abies. ⁊ pro vrtica crescet myrtus. Et erit dñs nominatus in signum eternum: qđ nō auferet.

LVI

Hec dicit dñs. Custodite iudicium ⁊ facite iusticiā. quia iuxta est sal⁹ mea ut veniat. ⁊ iusticia mea ut reueletur Beatus vir qui facit h̄. ⁊ filius hois qui apprehendet istud. Custodiēs sabbatū ne polluat illud: custodiens manus suas. ne faciat oē malū. Et nō dicat filius aduene q̄ adhēret dño. dicēs: Separatē diuidet me dñs a pplo suo. Et nō dicat eunuchus. ecce ego lignū aridū.

Quia hec dicit dñs eunuchis: Qui custodierint sabbata mea: & elegerint q̃ ego volui & tenuerint fedus meū: dabo eis i domo mea & in muris meis locū & nomẽ melius a filijs & filiabꝫ. Nomẽ sempiternū dabo eis: qđ nō peribit. Et filios aduene q̃ adhærent dño ut colãt eū & diligãt nomẽ eius ut sint ei in seruos: oẽm custodiẽtẽ sabbatū ne polluat illud & tenentẽ fedus meū adducã eos in montẽ sanctū meū & letificabo eos in domo ozonis mee. Holocausta eoꝝ & victime eoꝝ placebũt mihi sup altarī meo: qa domꝰ mea domꝰ ozonis vocabit cunctis ꝓpulis ait dñs deus q̃ cõgregat dispsos isrl. Adhuc cõgregabo ad eū cõgregatos eiꝰ. O ẽs testie agri venite ad deuozandū: vniuerse testie saltꝰ. Speculatores eius ceci oẽs nescierũt vniũsi canes muti nō valẽtes latrare: videtes vana dormiẽtes & amãtes somnia. & canes impudẽtissimi nescierũt saturitatẽ. Ipsi pastores ignorauerũt intelligentiã. O ẽs in viã suã declinauerunt: vnusqsq ad auaritiã suã a sũmo vsq ad nouissimũ. Venite sumamꝰ vinũ & iplea mur ebrietate. & erit sicut hodie sic & cras & multo amplius.

LVII

Iustus perit & nō est qui recogitet in corde suo & viri misericordie colligũtur: quia nō est qui intelligat. A facie enī malitie collectus ẽ iustꝰ. Veniat pax: requiescet in cubili suo qui ambulauit in directione sua. Vos autẽ accedite huc filij auguratricis semẽ adulteri & fornicarie. Sup quẽ lusistis? Sup quẽ dilatastis os & eiecistis linguã? Nũqd nō vos filij sceleste semẽ mẽdax? Qui cõsolamini in dijs subter ẽ lignũ frõdosũ imolãtes paruulos i torrẽtibꝰ subter eminẽtes petras. In partibꝰ torrentis pars tua: hec ẽ sors tua. Et ipsis effudisti libamẽ: obtulisti sacrificiũ. Nũqd sup his non indignabor? Sup montẽ excelsũ & sublimẽ posuisti cubile tuũ & illuc ascendisti ut imolares hostias. Et post ostiũ & retro postem posuisti memoriale tuũ: qa iuxta me discooperuisti & suscepisti adulteriũ. Dilatasti cubile tuũ & pegisti cũ eis fedus. Dilexisti stratũ eoꝝ manu apta. & ornasti te regio vnguẽto & multiplicasti pigmẽta tua. Misisti legatos tuos procul & humiliata es vsq ad inferos. In multitudine vie tue laborasti: nec dixisti. quiescã. Vitã manꝰ tue inuenisti: propterea nō rogasti. Pro q̃ sollicita timuisti: qa mẽtita es & mei nõ es recordata neq cogitasti in corde tuo qa ego tacẽs & quasi nō videns. & mei oblita es. Ego ãnũciabo iusticiã tuã & opa tua nō pderũt tibi. Cũ clamaueris liberẽt te congregati tui. Et cẽs eos auferet ventꝰ: tollet aura. Qui aũt fiduciã habet mei hẽditabit terrã & possidebit mõtẽ sctm meũ. & dicã. Viã facite prætte iter declinate de semita: auferte offendicula de via pplꝰ mei. Quia hĩ dicit dñs excelsus & sublimis habitãs eternitatẽ & scm nomẽ eiꝰ in excelso & in scõ habitãs. & cũ ꝓtrito & humili spũ: ut viuificet spm humiliũ & viuificet cor ꝓtritoꝝ. Nõ eni i sempiternũ litigabo neq vsq ad finẽ irascar: qa spus a facie mea egredietꝰ & flatꝰ ego faciã. Propter iniqtatẽ auaritie eiꝰ iratꝰ fui. & percussi eũ. Abscondi a te faciẽ meã: & indignatꝰ fui. Et abijt vagꝰ in via cordis sui. Vias eiꝰ vidi & sanaui eũ. & reduxi eũ & reddidi consolatiõs ipsi & lugẽtibꝰ eiꝰ. Creaui fructũ labioꝝ pacem: pacẽ ei q̃ longe est & q̃ ꝓpe dixit dñs. & sanaui eũ. Impij aũt q̃si mare feruẽs qđ q̃escere nõ pot. & redũdant fluctꝰ eiꝰ in pculcatiõnẽ & lutũ. Nõ ẽ pax impijs dicit dñs deus.

LVIII

Clama ne cesses q̃si tuba exalta vocẽ tuã & annũcia pplo meo scelera eoꝝ & domui iacob pctã eoꝝ. Me etenim de die in diẽ querũt & scire vias meas volũt: q̃si gens q̃ iusticiã fecerit & q̃ iudiciũ dei sui nõ dereliquerit. Rogãt me iudicia iusticie. & appropiquare deo volũt. Quare ieiunauim⁹ & nõ aspexisti; humiliauim⁹ aias nras & nescisti? Ecce in die ieiunij vri inuenit voluntas vra. & oẽs debitores vros repetitis. Ecce ad lites & cõtentiones ieiunatis & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq ad hãc diem: ut audiat in excelso clamor vester. Nũqd tale ẽ ieiunium q̃ elegi: p diẽ affligere hoiem aiam suã? Nũqd cõtorquere q̃si circulum caput suũ & saccũ & cinerẽ sternere? Nũqd istud vocabis ieiunium & diẽ acceptabilẽ dño? Nõne hoc est magis ieiunium q̃ elegi? Dissolue colligatiões impietatis; solue fasciculos deprimẽtes. Dimitte eos qui cõfracti sũt liberos & oẽnem dirũpe. Frange esurienti panẽ tuũ & egenos vagosq induci domũ tuã. Cũ videris nudũ operi eũ & carnem tuã ne despexeris. Tũc erũpet quasi mane lumen tuũ & sanitas tua citiꝰ orietꝰ. Et antecabit

facie tua iusticia tua. ⁊ glia dñi colliget te. Tūc inuocabis ⁊ dñs exaudiet: clamabis. ⁊ dicet ecce adsū: ꝙa misericors sū dñs ꝙ tu⁹ Si abstuleris de medio tui catenā. ⁊ desieris extendere digitū. ⁊ loq̄ q̄ nō ꝓdest. Cū effuderis esurienti aiam tuā. ⁊ aiam afflictā repleueris: orietur in tenebris lux tua. ⁊ tenebre tue erūt sicut meridies. Et requiē tibi dabit dñs ꝙ tu⁹ semp. ⁊ implebit splēdoribus aiam tuā. ⁊ ossa tua liberabit. Et eris q̄si hort⁹ irrigu⁹. ⁊ sicut fons aquarū cui⁹ nō deficient aq̄. Et edificabunt in te deserta seculoꝝ: fūdamēta gnationis ⁊ gnatiōis suscitabis. Et vocaberis edificator septū tantes semitas in q̄etē. Si auerteris a sabbato pedē tuū facē voluntatē tuā in die scō meo. ⁊ vocaueris sabbatū delicatū ⁊ scīm dñi gloriosū. ⁊ glorificaueris eū dū nō facis vias tuas ⁊ nō inuenie voluntas tua aut loq̄ris sermonē: tūc delectaberis sup dño. ⁊ sustollā te sup altitudines ire. ⁊ cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enī dñi locutū est.

Ecce nō ē abbreuiata man⁹ dñi ut saluare neq̄at: neq; aggrauata ē auris eius ut nō exaudiat: ꝙ iniq̄tates vre diuiserūt inter vos ⁊ deū vrm: ⁊ peccata vra absconderūt facie ei⁹ a vobis ne exaudiret. Man⁹ enī vre pollute sūt sanguine. ⁊ digiti vri iniq̄tate. Labia vra locuta sūt mendaciū. ⁊ lingua vra iniq̄tatē fab. Nō ē q̄ invocet iusticiā: neq; ē q̄ iudicet vere: ꝙ confidūt in nichil. ⁊ loquūt vanitates. Concepērūt laborē. ⁊ peperūt iniq̄tatē. Ova aspidū ruperūt ⁊ telas aranee texuerūt. Qui comederit de ouis eoꝝ morietr. ⁊ q̄ ꝓfotū ē erūpet in regulū. Tele eoꝝ nō erūt in vestimētū: neq; operient opib⁹ suis. Opa eoꝝ opa iniutilia. ⁊ op⁹ iniq̄tatis in manib⁹ eoꝝ. Pedes eoꝝ ad malū currūt. ⁊ festināt ut effundāt sanguinē innocentē. Cogitationes eoꝝ cogitationes inutiles. Vastitas ⁊ contritio in vijs eoꝝ. Viā pacis nescierūt ⁊ nō ē iudiciū in gressib⁹ eoꝝ. Semite eoꝝ incuruate sūt eis: omnis q̄ calcat in eis ignorat pacē. Propē ē elongatū ē iudiciū a nob⁹. ⁊ nō apprehendet nos iusticia. Expectauim⁹ lucē ⁊ ecce tenebre: splēdore. ⁊ in tenebris ambulauim⁹. Palpauimus sicut ceci parietē. ⁊ q̄si absq; oculis attrectauim⁹. Impegim⁹ meridie q̄si in tenebris: in caligosis q̄si mortui. Rugiemus q̄si vrsi oēs. ⁊ q̄si colūbe meditates gemem⁹. Expectauim⁹ iudiciū ⁊ nō ē: salutē ⁊ elōgata ē a nobis. Multiplicate sunt enim iniquitates nre coram te. ⁊ petā nr̄e responderūt nobis. Quia scelera nr̄a nobiscū. ⁊ iniq̄tates nr̄as cognouimus peccare ⁊ mentiri ꝛ dñm. ⁊ auersi sum⁹ ne iremus p⁹ tergū dei nr̄i: ut loq̄remur calūniā ⁊ trāsgressionē. Concepim⁹ ⁊ locuti sum⁹ de corde ꝓba mendacij. ⁊ corruit retrorsum iudiciū. ⁊ iusticia longe stetit. Quia corruit in platea ꝓitas. ⁊ eq̄tas non potuit ingredi. Et facta ē ꝓitas in oblionē. ⁊ q̄ recessit a malo. ꝓdepatuit. Et vidit dñs. ⁊ malū apparuit in oculis ei⁹: ⁊ qa nō ē iudiciū. Et vidit de⁹ ⁊ qa nō est vir. ⁊ admiratus ē: ⁊ qa nō est q̄ occurrat. Et saluauit sibi brachiū suū. ⁊ iusticia ei⁹ ipsa confirmauit eū. Indut⁹ ē iusticia ut lorica. ⁊ galea salutis in capite ei⁹. Indut⁹ ē vestimētis vltionis. ⁊ opt⁹ ē q̄si pallio zeli sicut ad vindictā: q̄si ad retributionē indignatiōis hostib⁹ suis. ⁊ vicissitudinē inimicis suis. Insulis vicē reddet. Et timebūt q̄ ab occidente nomē dñi. ⁊ q̄ ab ortu solis gloriā ei⁹. Cū venerit quasi fluui⁹ violent⁹ quē spūs dñi cogit. ⁊ venerit syon redemptor. ⁊ eis q̄ redeūt ab iniq̄tate in iacob dicit dñs. Hoc fed⁹ meū cū eis dicit dñs. Spūs me⁹ q̄ ē in te. ⁊ ꝓba mea q̄ posui in ore tuo. nō recedēt de ore tuo. ⁊ de ore seminis tui dicit dñs: āmodo ⁊ vsq; in sempiternū.

Surge illumiare ierl'm. qa venit lumē tuū. ⁊ glia dñi sup te orta est. Quia ecce tenebre operient terā. ⁊ caligo populos: sup te aūt orietr dñs. ⁊ gloria ei⁹ in te videbit. Et ambulabūt gentes in lumine tuo. ⁊ reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: omnes isti congregati sūt: venerunt tibi. Filij tui de longe venient. ⁊ filie tue de latere surgent. Tūc videbis ⁊ affluues. ⁊ mirabit⁹ ⁊ dilatabit cor tuū: qñ conuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentiū venerit tibi. Inundatio camelorū operiet te: dromedarij madian ⁊ effa. Omnes de saba venient aurū ⁊ thus deferentes. ⁊ laudē dño annunciantes. Omne pecus cedar congregabit tibi: arietes nabaioth ministrabūt tibi. Offerent super placabili altari meo. ⁊ domū maiestatis mee glificabo. Qui sūt isti q̄ ut nubes volāt ⁊ quasi colūbe ad fenestras suas? Me enim insule expectāt ⁊ naues maris in principio: ut adducā filios tuos de longe. Argentū eoꝝ ⁊ aurū cū eis nomini dñi dei tui ⁊ sci isr̄l: qa glificauit te. Et edificabūt filij peregrinorū muros

re meo accipiet ⁊ annūciabit vob. Modicū
⁊ iam nō videbitis me. ⁊ iterꝝ modicum ⁊ vi
debitis me· qa vado ad pr̄em. Dixerunt ergo
ex discipulis eī ad inicē: Quid ē h̄ q̄ dicit
nob modicū ⁊ nō videbitis me. ⁊ iterꝝ modicū
⁊ videbitis me. ⁊ q̄ vado ad pr̄em? Dicebāt ḡ
Quid est hoc q̄ dicit modicū? Nescim⁹ qd
loq̄t. Cognouit aūt ihs qa volebāt eū int̄roga
re. ⁊ dixit eis. De hoc queritis int̄ vos· qa dixi.
modicū ⁊ nō videbitis me. ⁊ iterꝝ modicū ⁊ vi
debitis me. Amē amē dico vob: qa plorabitis
⁊ flebitis vos: mūdus aūt gaudebit. Vos āt
contristabimini: ⁊ tristicia vra vertet̄ i gaudiū
Mulier cum parit tristiciā hz: qa venit hora
ei⁹. Cū aūt pepert puer· iā nō meminit pressu
re ꝓpter gaudiū: q̄ natus est hō in mundū. Et
vos igit nūc quidē tristiciā habetis. Iterꝝ aūt
videbo vos. ⁊ gaudebit cor vr̄m: ⁊ gaudium
vr̄m nemo tollet a vob. Et in illo die me non
int̄rogabitis q̄q̄. Amen amē dico vob· si qd
petieritis pr̄em in noīe meo dabit vobis. Usq;
modo nō petistis q̄q̄ in noīe meo. Petite ⁊
accipietis. ut gaudiū vr̄m sit plenum. Hec in
puerbijs locut⁹ sū vob. Venit hora cū iā non
in puerbijs loquar vob: ꝫ palā de patre meo
ānunciabo vob. In illo die in noīe meo petetis.
Et nō dico vob: qa ego rogabo pr̄em de vob:
Ipse.n. pat amat vos: quia vos me amastis:
⁊ credidistis: qa a deo exiui. Exiui a pr̄e ⁊ ve
ni in mundū: iterꝝ relinq̄ mundū. ⁊ vado ad
pr̄em. Dicūt ei discipuli ei⁹. Ecce nunc palā
loq̄ris. ⁊ puerbiū nullū dicis. Nunc scimus
qa scis oia. ⁊ nō op⁹ est tibi ut qs te int̄roget
In hoc credim⁹: qa a deo existi. Rñdit eis ihs
Modo credit⁹? Ecce venit hora. ⁊ iam venit
ut dispgamī vnusq̄sq; i ꝓpria. ⁊ me solū reli
quatis. ⁊ nō sum solus: qa pater mecū est. Hec
locut⁹ sū vob: ut i me pacē habeatis. In mūdo
pressurā habebitis: ꝫ cōfidite· ego vici mūdum.

Hec locutus est ihs. ⁊ subleuatis oculis i celū dixit: Pater venit hora· clarifica filiū tuū ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei pt̄atem oīs carnis ut oē qd dedisti ei det eis vitā eternā. Hec ē āt vita eterna ut cognoscāt te solū deū vez· ⁊ quem misisti ihm xp̄m. Ego te clarificaui sup terā: op⁹ cōsumaui qd dedisti mihi ut faciam. Et nūc clarifica me tu pat apud temetipm· claritate quā habui pulq̄ mūd⁹ fieret apud te.

Manifestaui nomē tuū vob⁹ qs dedisti mi
hi de mūdo. Tui erant. ⁊ mihi eos dedisti. ⁊
sermonē tuū seruauerūt. Nūc cognouerūt qa oīa
q̄ dedisti mihi abs te sunt. Quia verba q̄ dedi
sti mihi· dedi eis. ⁊ ipsi acceperūt ⁊ cognouerūt
vere qa a te exiui: ⁊ crediderūt qa tu me mi
sisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo: ꝫ p
bis qs dedisti mihi: qa tui sunt. Et mea oīa
tua sūt: ⁊ tua mea sūt. ⁊ clarificat⁹ sum i eis
Et iā nō sum i mūdo· ⁊ hi i mūdo sunt. ⁊ ego
ad te venio. Pat scē serua eos in noīe tuo qs
dedisti mi: ut sint vnū sicut ⁊ nos. Cū essem
cū eis: ego seruabā eos i noīe tuo. Quos dedi
sti mihi· ego custodiui. ⁊ nemo ex eis perijt ni
si filius perditiōis: ut scriptura impleat. Nūc āt
ad te venio. ⁊ h̄ loq̄r i mūdo ut habeant gau
diū meū impletū in semetipsis. Ego dedi eis
sermonē tuū. ⁊ mūdus eos odio habuit: qa non
sūt de mūdo: sicut ⁊ ego nō sū de mūdo. Nō
rogo ut tollas eos de mūdo: ꝫ ut serues eos a
malo. De mūdo nō sūt· sicut ⁊ ego nō sum de
mūdo. Sciifica eos i veritate. Sermo tu⁹ veri
tas ē. Sic tu me misisti i mūdū: ita ⁊ ego mi
si eos i mūdū. Et p eis ego scifico meipm: ut
sint ⁊ ipsi scificati i veritate. Nō p eis āt ro
go tm̄: ꝫ ⁊ p eis q̄ credituri sunt p verbū eoz
in me: ut oēs vnū sint sicut tu pr̄ in me ⁊ ego
in te: ut ipsi i nob vnū sint: ut credat mūdus
qia tu me misisti. Et ego claritatē quā de
disti mi· dedi eis ut sint vnū· sicut ⁊ nos vnū
sumus. Ego in eis ⁊ tu in me ut sint cōsuma
ti in vnū. ⁊ cognoscat mūdus qa tu me misisti:
⁊ dilexisti eos sicut ⁊ me dilexisti. Pat qs de
disti mi volo ut vbi sum ego· ⁊ illi sint mecū.
ut videāt claritatē meā quā dedisti mihi qa
dilexisti me añ p̄stitutionē mundi. Pat iuste
mūdus te nō cognouit. Ego aūt te cognoui: ⁊
hi cognouerūt· qa tu me misisti. Et notū feci
eis nomē tuū ⁊ notū faciā· ut dilectio q̄ dile
xisti me· in ipsis sit: ⁊ ego in ipsis.

XVIII

b Ec cū dixisset ihs egressus est cū di
scipulis suis trās torrētē cedron vbi
erat hort⁹ i quē introiuit ipe ⁊ discipuli eī⁹. Sciebat aūt ⁊ iudas q̄ tradebat eum
locū: q̄ frequēt ihs conuenerat illuc cū discipu
lis suis. Judas ḡ cū accepisset cohortē ⁊ a pōtificibus ⁊ pharisei⁹ ministros: venit illuc cū
lternis ⁊ facibus ⁊ armis. Ihs itaq; sciens
oia q̄ ventura erāt sup eū· processit ⁊ dixit eis.
Quē q̄ritis? Rñderūt ei: Ihm nazarenum

Dicit eis ihs: Ego sum. Stabat aũt ⁊ iudas q̃ tradebat eũ cũ ipsis. Ut ḡ dixit eis ego sũ: abierũt retrorsum. ⁊ ceciderũt in ter̃. Iterꝝ ḡ interrogauit eos. Quẽ q̃rit̃? Illi aũt dixerũt Ihm nazarenũ. Rñdit ihs: Dixi vob: quia ego sum. Si ḡ me q̃rit̃ sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit. q: quos dedisti mihi nõ perdidi ex eis quẽq̃. Simon ḡ petr⁹ habẽs gladiũ eduxit eũ. ⁊ percussit pontificis seruum ⁊ abscidit auriculã ei⁹ dexterã. Erat autẽ nomen seruo malchus. Dic ḡ ihs petro: Mitte gladiũ tuũ in vaginã. Calicẽ quẽ dedit mihi pat̃ non vis ut bibã illũ? Coh̃s aũt ⁊ tribun⁹ ⁊ mini stri iudeoꝝ cõprehenderũt ihm: ⁊ ligauerunt eũ ⁊ adduxerũt eũ ad annã primũ. Erat.n. socer caiphe q̃ erat pontifex ãni illius. Erat ãt caiphas q̃ cõsiliũ dederat iudeis: q̃a expedit vnũ hoiem mori, p̃ pplo. Seqbat aũt ihm symon petrus. ⁊ alius discipul⁹. Discipul⁹ ãt ille erat not⁹ pontifici. ⁊ introiuit cũ ihu in atriũ pontificis. Petrus aũt stabat ad ostiũ foris Exiuit ḡ discipul⁹ q̃ erat not⁹ pontifici: ⁊ dixit ostiarie. ⁊ introduxit petrũ. Dixit ḡ petro ancilla ostiaria: Nunq̃d ⁊ tu ex discipulis es hois isti⁹? Dicit ille: Nõ sũ. Stabãt aũt serui ⁊ mi nistri ad prunas. q̃a frig⁹ erat. ⁊ calefaciebãt se. Erat ãt cũ eis ⁊ petr⁹ stãs ⁊ calefaciẽs se. Pontifex ḡ interrogauit ihm de discipulis suis. ⁊ de doctrina ei⁹. Rñdit ei ihs: Ego palã locutus sũ mũdo. Ego sp docui synagoga ⁊ in tẽplo q̃ oēs iudei cõueniũt. ⁊ in occulto locut⁹ sũ nihil. Quid me interrogas? Interroga eos q̃ audierũt q̃d locut⁹ sim ipsis: ecce hi sciunt q̃ dixerim ego: Hec aũt cũ dixisset: vn⁹ assistẽs ministroꝝ dedit alapã ihu dicẽs: Sic rñdes pontifici. Rñdit ei ihs. Si male locut⁹ sũ testimoniũ phibe de malo: si aũt bene. q̃d me cedis. Et misit eũ ãnas ligatum ad caiphã pontificẽ. Erat aũt simon petrus stãs ⁊ calefaciens se. Dixerũt ḡ ei. Nunq̃d ⁊ tu ex discipulis ei⁹ es? Negauit ille ⁊ dixit. Nõ sũ. Dicit ei vn⁹ ex seruis pontifi. cognat⁹ ei⁹ cui⁹ abscidit petr⁹ auriculã: Nõne ego te vidi in horto cũ illo? Iterꝝ ḡ negauit petr⁹. ⁊ statim gall⁹ cãtauit. Adducunt ḡ ihm ad caiphã in pretoriũ Erat ãt mane. ⁊ ipsi nõ introierũt in pretoriũ ut nõ pollamarent. sed ut mãducarẽt pascha. Exiit ḡ pilat⁹ ad eos foras. ⁊ dixit. Quã accusationẽ affertis aduersus hoiem hũc? Rñderũt: ⁊ dixerũt ei. Si nõ esset hic malefactor. nõ tibi tradidissem⁹ eũ. Dicit ḡ eis pilat⁹: Accipite eũ vos. ⁊ sm legẽ vram iudicate eũ. Dixerũt ḡ ei iudei: Nobis nõ licet interficere quẽq̃. Ut sermo ihu impleret quẽ dixit: significãs qua morte esset moriturꝰ. Introiuit ḡ iterꝝ in pretoriũ pilatus. ⁊ vocauit ihm. ⁊ dixit ei: Tu es rex iudeoꝝ? Rñdit ihs. A temetipso hoc dicis an alij dixerũt tibi de me? Rñdit pilat⁹. Nũquid ego iudeus sum? Gens tua ⁊ pontifices tradiderũt te mihi. Quid fecisti? Rñdit ihs Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. Si ex hoc mũdo esset regnũ meũ. ministri mei vtiq̃ decertarẽt ut nõ traderer iudeis. Nunc aũt regnũ meũ nõ est hinc. Dixit itaq̃ ei pilatus. Ergo rex es tu? Rñdit ihs. Tu dicis: q̃a rex sũ ego. Ego in hoc nat⁹ sũ. ⁊ ad hoc veni in mũdũ. ut testimo niũ phibeã veritati. Omis q̃ est veritate. audit vo cem meã. Dicit ei pilat⁹: Quid est veritas? Et cũ hoc dixisset: iterꝝ exiuit ad iudeos. ⁊ dicit eis. Ego nullã inuenio in eo cãm. Est aũt consuetudo vob ut vnũ dimittã vob in pascha. Vultis ḡ dimittã vob regẽ iudeoꝝ? Clamauerunt rursũ oēs dicentes. Non hunc sed barrabã. Erat autem barrabas latro.

XIX

Tunc ḡ apprehẽdit pilatus ihm. ⁊ flagellauit. Et milites plectẽtes coronã de spinis imposuerunt capiti ei⁹: ⁊ ve ste purpurea circũdederũt eũ. Et veniebant ad eũ ⁊ dicebãt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabant ei alapas. Exiuit iterꝝ pilat⁹ foras. ⁊ dicit eis Ecce adduco vob eũ foras ut cognoscatis q: nullã inuenio in eo cãm. Exiuit ḡ ihs portans spineã coronã. ⁊ purpureum vestimentum. ⁊ dicit eis. Ecce ho. Cũ ḡ vidissent eũ pontifices ⁊ ministri. clamabãt dicẽtes. Crucifige crucifige eũ. Dicit eis pilat⁹: Accipite eũ vos ⁊ crucifigite. Ego.n. non inuenio in eo cãm. Rñderũt ei iudei. Nos legẽ hñm⁹. ⁊ sm legẽ debet mori: q̃a filiũ dei se fecit. Cũ ḡ audisset pilat⁹ hũc sermonẽ magis timuit. Et ingressus est pretorium iterꝝ. ⁊ dicit ad ihm. Unde es tu? Ihs aũt rñsum nõ dedit ei. Dicit ḡ ei pilat⁹. Mihi nõ loq̃ris? Nescis q̃a potestatẽ habeo crucifigere te: ⁊ potestatẽ habeo dimittẽ te: Rñdit ihs. Nõ haberes potestatẽ aduersũ me vllã nisi tibi datũ esset desup. Propterea qui me tradi dit tibi: maius pctm hz. Et exinde q̃rebat pilat⁹ dimittẽ eũ. Iudei aũt clamabãt dicẽtes. Si hũc dimittis nõ es amicus cesaris. Omis.n. q̃ se regẽ facit ꝯdicit cesari. Pilatus autem cũ

audisset hos ꝑnōes·adduxit foras ihm.ꝛ sedit ꝑ tribunali in loco q̄ dr̄ licostratos·hebraice aūt gabatha. Erat aūt parasceue pasce hora q̄si sexta.ꝛ dic iudeis. Ecce rex vester Illi aūt clamabāt: Tolle·tolle crucifige eū. Dic eis pilat⁹: Regē vr̄m crucifigā: Rñderūt pontifices: Nō habem⁹ regē nisi cesarē. Tūc ḡ tradidit eis illū ut crucifigēr. Susceperūt aūt ihm.ꝛ eduxer̄t. Et bajulās sibi crucē exiuit in eū q̄ dic̄r calvarie locū·hebraice aūt golgotha. Ubi crucifixer̄t eū.ꝛ cū eo alios duos hinc ꝛ hinc·medīū aūt ihm. Scripsit aūt ꝛ titulū pilat⁹.ꝛ posuit sup crucē. Erat aūt scriptū. Jhs nazarenꝰ rex iudeor̄. Hūc ḡ titulū multi iudeor̄ legerūt: qa ꝑpe ciuitatē erat loc⁹ vbi crucifix⁹ est ihs. Et erat scriptū hebraice·grece.ꝛ latine. Dicebāt ḡ pilato pontifices iudeorū. Noli scribere rex iudeor̄·sed qa ipse dixit: rex sū iudeor̄. Rñdit pilatus. Qd̄ scripsi·scripsi. Milites ḡ cū crucifixissent eū·acceperūt vestimēta ei⁹.ꝛ fecer̄t q̄tuor ptes vnicuiq; militi ptē.ꝛ tunicā. Erat aūt tunica incōsutilis·desup ꝓtexta ꝑ totū. Dixer̄t ḡ ad invicē: Nō scindam⁹ eā: sortiamur de illa cuj⁹ sit. Ut scripta impleret dicēs. Partiti sūt vestimēta mea sibi.ꝛ i vestē meā miserūt sortē. Et milites qdē hec fecerūt. Stabāt aūt iux̄ crucē ihu mr̄ ei⁹.ꝛ sororꝛ mr̄is ei⁹ maria cleophe.ꝛ maria magdalene. Cū vidisset ḡ ihs matrē.ꝛ discipulū stantē quē diligebat dic̄ mr̄i sue: Mulier·ecce fili⁹ tuus. Deinde dic̄ discipulo: Ecce mat̄ tua. Et ex illa hora accepit eā discipul⁹ in suā. Postea sciens ihs qa oia ꝑfūmata sūt·ut ꝑfūmaret scripta dic̄ Scitio. Vas aūt erat positū accto plenū. Illi ḡ spongiā plenū aceto hysopo circūponentes obtulerūt ori ei⁹. Cū ḡ accepisset ihus acetū dixit: Cōsūmatū ē. Et inclinato capite tradidit spm̄. Judei ḡ qm̄ parasceue erat ut non remaneret in cruce corpa sabbato: Erat enī magn⁹ dies ille sabbati: rogaverūt pilatū ut frangerēt eor crura.ꝛ tollerēt. Venerunt ḡ milites.ꝛ ꝑmi qdē fregerūt crura:ꝛ alteri⁹ q̄ crucifix⁹ ē cū eo. Ad ihm aūt cū venissent ut viderūt eū iam mortuū nō fregerunt ei⁹ crura: sed vn⁹ militū lancea lat⁹ ei⁹ aperuit.ꝛ continuo exiuit sanguis ꝛ aq̄. Et q̄ vidit testimoniū phibuit.ꝛ vr̄ū ē testimoniū ei⁹. Et ille scit qa vera dicit ut ꝛ vos credatis. Facta sūt enī hec ut scripta impleret. Os nō cōminuetis ex co. Et iterꝰ alia scripta dicit. Videbūt in quē trāsfixer̄t. Post hec aūt rogavit pilatū ioseph abarimathia eo q̄ esset discipul⁹ ihu·occult⁹ aūt ꝑpter metū iudeor: ut tolleret corp⁹ ihesu. Et ꝑmisit pilat⁹. Venit ḡ ꝛ tulit corp⁹ ihesu. Venit aūt ꝛ nicodem⁹ q̄ venerat ad ihesum nocte ꝑmū: ferens mixturā myrre ꝛ aloes q̄si libras cētū. Acceperūt ergo corp⁹ ihu.ꝛ ligaverunt eū linteis cū aromatib⁹· sic mos est iudeis sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifix⁹ est·hort⁹.ꝛ in horto monumentū novū in q̄ nōdū q̄squā posit⁹ erat. Ibi ḡ ꝑpter parasceuen iudeor: qa iux̄ erat monumētū·posuerūt ihm.

XX

Una aūt sabbati maria magdalene venit mane cū adhuc tenebre essent ad monumētū.ꝛ vidit lapidē sublatum a monumēto. Cucurrit ḡ.ꝛ venit ad symonem petrū.ꝛ ad aliū discipulū quē amabat ihs.ꝛ dic̄ illis. Tulerūt dn̄m de monumēto.ꝛ nescimus ubi posuerūt eū. Exijt ḡ petr⁹.ꝛ ille ali⁹ discipul⁹.ꝛ venerūt ad monumentū. Current aūt duo simul.ꝛ ille ali⁹ discipulus precucurrit citius petro.ꝛ venit ꝓim⁹ ad monumentū. Et cū se inclinasset vidit posita linteamina: non tn introivit. Venit ḡ symon petr⁹ sequēs eū.ꝛ introivit in monumētū. Et vidit linteamina posita.ꝛ sudariū q̄ fuerat sup caput ei⁹ nō cum linteaminibus positū· sed separatī involutū in vnū locū. Tūc ergo introivit.ꝛ ille discipul⁹ q̄ venerat ꝓim⁹ ad monumētū.ꝛ vidit.ꝛ credidit. Nōdū.n. sciebant scripturā: qa oportuit eū a mortuis resurgē. Abierūt ḡ iterꝰ discipli ad semetipsos. Maria aūt stabat ad monumētū foris plorās. Dū ḡ fleret inclinavit se.ꝛ ꝓspexit in monumētū. Et vidit duos angelos in albis sedentes vnū ad caput.ꝛ vnum ad pedes. ubi positum erat corp⁹ ihu. Dicūt ei illi: Mulier q̄d plorās? Dicit eis: Quia tulerūt dn̄m meum.ꝛ nescio ubi posuerūt eū. Hec cū dixisset cōversa ē retrorsū.ꝛ vidit ihm stantē.ꝛ nō sciebat qa ihs est. Dicit ei ihs. Mulier q̄d plorās? Quē q̄ris? Illa existimās qa hortulan⁹ esset dicit ei. Dne si tu sustulisti eū dicito mihi ubi posuisti eū:ꝛ ego eū tollā. Dicit ei ihs: Maria. Cōversa illa dicit ei: Rabboni: qd̄ dicit mgr: Dicit ei ihs: Noli me tangē. Nōdū.n. ascēdi ad patrē meū. Vade aūt ad frēs meos ꝛ dic eis: Ascendo ad patrē meū ꝛ patrē vestrū: deū meū ꝛ deum vr̄m. Venit maria

magdalene ānūciās discipulis qꝫ vidi dñm
⁊ hec dixit mihi: Cū ḡ sero eēt die illo vna sab
batoꝝ ⁊ fores essent clause vbi erāt discipuli
congregati ꝓpt metū iudeoꝝ: venit ihs ⁊ ste-
tit i medio. ⁊ dixit eis: Pax vob. Et cū hec di
xisset ostēdit eis manꝰ ⁊ latꝰ. Gauisi sūt ḡ di-
scipuli viso dño. Dixit ḡ eis iterū: Pax vobis
Sicut misit me pr̄: ⁊ ego mitto vos. Hec cū
dixisset insufflauit. ⁊ dicit eis: Accipite spm̄
scm̄. Quoꝝ remiseritis pcta remittunt eis: ⁊
q̄rū retinueritis retēta sūt. Thomas āt vnꝰ
ex duodecim q̄ dicit didymꝰ nō erat cū eis qñ
venit ihs. Dixerūt ḡ ei alij discipuli. Vidimꝰ
dñm. Ille āt dixit eis: Nisi videro i mānib⁹
eiꝰ figurā clauoꝝ ⁊ mittā digitū meū in locū
clauoꝝ ⁊ mittā manū meā i latꝰ eiꝰ nō credā
Et pꝰ dies octo iterū erant discipuli eiꝰ intus
⁊ thomas cū eis. Venit ihs ianuis clausis:
⁊ stetit i medio: ⁊ dixit eis: Pax vob. Deide
dic thome: Infer digitū tuū huc: ⁊ vide ma-
nus meas. ⁊ affer manū tuā ⁊ mitte in latus
meū. ⁊ noli eē incredul⁹ sz fidelis. Rndit tho
mas ⁊ dixit. Dñs meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ. Dicit ei ihs
Quia vidisti me thoma credidisti: bti q̄ non
viderūt ⁊ crediderūt. Multa q̄dē ⁊ alia sig-
na fecit ihs i ꝓspectu discipuloꝝ suoꝝ q̄ nō
sūt scripta i libro hoc. Hec aūt scripta sunt ut
credatis q̄a ihesus ē filiꝰ dei. ⁊ ut credentes
vitā habeatis in noie eius. XXI

Postea manifestauit se iterū ihs ad
mare tyberiadis. Māifestauit āt sic
Erāt sīl symon petrꝰ ⁊ thomas q̄ dicit didy-
mꝰ ⁊ nathanahel q̄ erat a chana galilee. ⁊ fi-
lij zebedei. ⁊ alij ex discipulis eiꝰ duo. Dicit eis
symō petrꝰ. Vado piscari. Dicūt ei. Venimꝰ
⁊ nos tecū. Et exierūt ⁊ ascēderūt i nauī ⁊ il
la nocte nihil prēdiderūt. Mane āt facto ste-
tit ihs i littore: nō tñ cognouerūt discipuli q̄a
ihs ē. Dicit ergo eis ihs: Pueri nūq̄d pulmē
tariū habetis? Rndērunt ei: Nō. Dic eis. Mit-
tite i dexterā nauigij rete. ⁊ inuenietis. Misert
ergo. ⁊ iā nō valebāt illud trahē ꝓ multitudi
ne pisciū. Dicit ḡ discipulꝰ ille quē diligebat
ihs petro. Dñs ē. Symō petrꝰ cū audisset q̄a
dñs ē tunica succinxit se. Erat enim nudꝰ ⁊ mi
sit se i mare. Alij āt discipuli nauigio venerūt
Nō enim lōge erāt a tra sed q̄si cubitis ducentis tra
hentes rete piscium. Ut ḡ descenderūt i terā vi-
derūt prunas positas. ⁊ piscē suppositū. ⁊ pa
nē. Dic eis ihs: Afferte de piscib⁹ q̄s prendi-
distis nūc. Ascēdit symō petrꝰ. ⁊ traxit rete
i terā plenū magnis piscib⁹ centū q̄nq̄gintatri
bus. Et cū tāti essent nō ē scissū rete. Dicit eis
ihs: Venite prandete. Et nemo audebat dis-
cūbentiū interrogare eū tu q̄s es: scientes q̄a
dñs ē. Et venit ihs ⁊ accepit panē. ⁊ dabat
eis. ⁊ piscē silr. Hoc iā tertio manifestatus ē
ihs discipulis suis cū resurrexisset a mortuis
Cū ergo prandissent: dixit symoni petro ihs
Simō iohannis diligis me plꝰ his: Dic ei. Etiam
dñe tu scis q̄a amo te. Dic ei. Pasce agnos
meos. Dic ei iterū. Symon iohannis diligis me?
Ait illi: Etiā dñe tu scis q̄a amo te. Dicit ei
iterū: Pasce agnos meos. Dic ei tertio: Symō
iohannis amas me? Contristatꝰ ē petrꝰ. q̄a dixit
ei tertio amas me ⁊ dicit ei: Dñe tu oia nosti
tu scis q̄a amo te. Dic ei. Pasce oues meas.
Amē amē dico tibi cū ēs iunior cingebas te
⁊ ābulabas vbi volebas. Cū āt senueris extē-
des manꝰ tuas. ⁊ alius te cinget. ⁊ ducet q̄ tu
nō vis. Hoc āt dixit significās q̄ morte cla-
rificatur ēet deꝰ Et cū hec dixisset dic ei. Se
quere me. Conversus petrꝰ vidit illū discipulū
quē diligebat ihs sequentē. q̄ ⁊ recubuit in
cena sup pectusꝰ eiꝰ. ⁊ dixit: dñe q̄s est q̄ tradet
te? hūc ḡ cū vidisset petrꝰ. dic ihu. Dñe hic
aūt q̄d: Dic ei ihs: Sic eū volo manere do-
nec veniā. Quid ad te. Tu me sequere. Exijt ḡ
sermo iste inter frēs: q̄a discipulꝰ ille nō moriē-
Et nō dixit ei ihs nō moriē. hec eū volo ma
nere donec veniā: q̄d ad te? Hic ē discipulus
ille q̄ testimoniū phibet de his. ⁊ scripsit hec
Et scimꝰ q̄a verū ē testimoniū eiꝰ. Sūt aūt ⁊
alia multa que fecit ihesus q̄ si scribant ꝑ sin
gula nec ipsū arbitror mundū capere posse eos
qui scribendi sunt libros.

Explicit euāgeliū sm Iohem. Incipit pfa-
tio sci Hieronymi i oēs epistolas sancti Pauli

Primū q̄rit: q̄re pauli euāgelia q̄ sup
plemētū legis sūt ⁊ in q̄b⁹ nobis
exēpla ⁊ pcepta viuēdi plenissime
digesta sūt: voluerint apli has epi
stolas ad singulas ecclesias destinare. Hac
aūt causa factū videt ut. s. initia nascentis
ecclesie nouis causis existētib⁹ pueniret ⁊ ut
pūtia atq; orientia resecaret vitia. ⁊ post fu-
turas excludēt qōnes exēplo, ꝓpterea q̄ post
editā legē moysi i qua oia dei mandata lege
bant: nihil ominus tñ doctrina sua redimua
sp ipli cōprecessere pctā ⁊ ꝓpt exēplū viuendi

libros ad nram etiã memoriã transmiserũt. Deinde q̃rit: Cur nõ amplꝰ q̃ dece epl̃as ad eccl̃ias scripserit. Decẽ fũt.n.cũ ea q̃ dicit ad hebreos. Hã reliq̃ quor ad discipulos spãlit fũt pertinere. Ut oñdẽt nouũ nõ discrepare a veteri testõ. ⁊ se ꝛ legem nõ facẽ moysi: ad numeꝝ pmoꝝ decalogi mãdatoꝝ suas epl̃as destinauit: ⁊ q̃t ille pceptꝫ a phariseis instituit libros: totidem b̃ epl̃is a diaboli ⁊ idolatrie fruitute edocet acq̃sitos. Hã ⁊ duas tabulas lapideas duoꝝ testõꝝ figurã bũisse viri eruditissimi tradiderũt. Epl̃am sane q̃ ad hebreos scribit q̃dã pauli nõ cẽ ꝓtendũt. eo qꝫ non sit eiꝰ noie titulata. ⁊ ꝓter p̃monis stiliqꝫ distantiã: b̃ aut barnabe iuxta tertullianũ: aut luce iuꝝ q̃sdã: ut certe clemẽtꝫ. scripuli apl̃oꝝ ⁊ epi romane eccl̃ie pꝰ apl̃os ordinati. Quibꝰ rndendũ ẽ. ũ ꝓterea pauli nõ erit: q̃a nulli noie titulat: Nõ si inco ueniẽs absurdũqꝫ ẽ: ipsius magi eẽ credenda ẽ q̃ tãto doctrine sue fulgeteloq̃o. Hz qñ apud hebreoꝝ ecclesias q̃si destructor legis falsa suspitiõe haberbat: voluit tacito noie ꝺ signũ legi ⁊ ꝓbitate xpi reddere rõnẽ: ne odiũ nois i fr̃e ꝓtitulati vtilitatẽ excluderet lectiõis. Nõ ẽ sane mirũ si eloq̃ntior videat i ,ppo. i. hebreo q̃ i pegrino. i. in greco q̃ ceẽ epl̃e sũt scripte pmõe. Mouet etiã q̃sdã q̃re romanoꝝ epl̃a i pmo sit posita: cũ eã nõ primo scriptã ratio manifestet. Nam bãc se. pficiscentẽ hierosolymã scripsisse testat. cũ corinthios ⁊ alios iã añ ut misteriũ q̃ secũ portaturꝰ erat colligerẽt. Iris adhortatus sit q̃ñ ⁊ intelligi q̃dã volũt ita oẽs epl̃as ordinatas: ut pma ponẽt q̃ quis posterior fuerit destinata ut ꝓ singulas epl̃a q̃dꝰ ad pfectiora veniret. Romanoꝝ nãqꝫ pleriqꝫ tam rudes erãt: ut nõ itelligerẽt ꝺi se gr̃a ⁊ nõ suis meritꝫ eẽ saluatos. ⁊ obꝺ duo inẽ se ꝓli pflictarẽt. Idcirco illos idigere asserit corrigi: vitia gẽtilitatꝫ pena cõmemoraõs. Corinthijs aũt iã dicit scie grãm eẽ pcessã. ⁊ nõ tã oẽs icrepat q̃ cur peccates nõ icrepauerũt; repl̃ẽdit: sic ait. Audit inẽ vos fornicatio. Et itez. Congregatꝫ vob cũ meo spũ. tradẽ hmõi satbãe In secũda ꝺo laudãt. ⁊ ut magi ac magꝫ pficiãt cõmonẽt. Galatꝛ ꝺo iam nulli crimis arguunt. nisi hoc tm̃ qꝫ callidissimis pseudo apl̃is crediderũt. Epl̃is sane nulla reprehnsiõe: b̃ multa laude sunt digni: q̃a fidẽ apl̃icã ꝺuauerũt. Philippẽses etiã multo magꝭ collaudãt q̃ nec audire q̃dẽ falsos apl̃os voluerũt. Thessalonicenses nibilomin⁹ in duabus epl̃is oi laude. pleq̃r: eo qꝫ nõ solũ fidẽ inconcussã ꝺuauerit ꝓfitatꝫ. b̃ etiã i psecutiõe ciuiũ fuerint ꝓstãtes iuenti. Colossenses ãt tales erãt ut cũ ab apl̃o visi corpaliter nõ fuissent hac laude digni haberent. Et si corpore inq̃t absens sũ: b̃ spũ vobiscũ sũ gaudens ⁊ videns ordinẽ vr̃m. De hebreis ꝺo q̃d dicendum est: q̃ thessalonicẽses q̃ plũmũ laudati sũt imitatores facti eẽ dicũt? Bic ipe ait. Et vos frẽs imitatores facti estꝫ eccl̃iaꝝ dei q̃ sũt i iudea Eadẽ.n. passi estis ⁊ vos a ꝓtribulibꝰ vris: q̃ ⁊ illi a iudeis. Apud ipos qꝫ hebreos eadẽ cõmemorat dicens. Iam ⁊ vinctꝫ cõpassi estis ⁊ rapinã bonoꝝ vestroꝝ cũ gaudio suscepistꝫ: cognoscẽtes vos hẽ melioẽ ⁊ manẽtẽ subam.

Incipit.plogꝰ spãli epl̃am ad Romanos.

Romãi sr̃ q̃ ex iudeis ⁊ gẽtibꝰ crediderũt Di supba ꝓtentiõe volebant se alẽutrũ supponẽ. Hã iudei dicebãt,: Nos sumꝰ ꝑplus dei q̃s ab initio dilexit ⁊ fouit: nos circũcisi ex gnẽ abrahã scã desc̃dimꝰ ex stirpe ⁊ notꝰ retro apud iudeã tm̃ vꝰ. Nos ve egypto signis dei ⁊ ꝓtutibꝰ liberati: mare sicco ptrãsiuimus pde: cũ inimicos nrõs gnissimi fluctꝰ inuoluerẽt. Nob pluit mãna dñs i deserto ⁊ q̃si filijs suis celeste pabulũ mistrauit. Nos die noctuqꝫ i colũna nubis ignisqꝫ pcessit: ut nob i inuio iter oñdẽt. Atqꝫ ut ceẽa eiꝰ circa nos imensa bñficia taceamus: nos soli digni fuimꝰ dei legẽ accipe. ⁊ vocẽ dei loquentẽ audire: eiusqꝫ cognoscẽ volũtatẽ. In q̃ lege nob ꝑmissus ẽ xps: ad q̃s etiã ipe se venisse testatus ẽ dicẽs: nõ veni nisi ad oues q̃ perirãt domus isr̃l: cũ vos canes potiꝰ q̃ hoies appellauerit. Equũ ne g̃ ẽ ut idola tociẽ deserentes q̃bꝰ ab initio deuntis nob cõgemi. ⁊ nõ potiꝰ in ꝓselitoꝝ locũ ex lege auctoritate ⁊ ꝓsuetudine deputemi? Et b̃ ipm nõ merebamini nisi q̃a larga semp dei clemẽtia voluit vos ad nrãm imitationẽ admittẽ. Bẽtes etiã econtrario rũdebãt. Quãto.n. maioza erga vos dei bñficia narrauerit. tãto maiorꝫ vos crimis reos esse mõstrabit. Sp.n. bis oibꝰ extitistis ingti. Hã ipis ꝓdibꝰ q̃bꝰ artiũ mare trãsistꝫ: iudebatꝫ añ idola q̃ fecistis: ⁊ ipo ore q̃ paulo añ ob necẽ adũsarioꝝ dño cantauerat: simulacra vob fieri popscistꝫ: illis oculis

q̄b⁹ venerādo vēū i nulle vel igne ꝓspicē solebatis·simulacra ītuebamini. Māna q̄ vobis fastidio fuit. ⁊ sp i rēcto ꝺ dñm murmurastis ad egyptum vnde vos manu valida eiecerat redire cupientes. Quid plura? Ita prēs vīi crebra ꝓuocatione dñm irritauerunt ut cēs in ixremo mozerent: nec pl⁹ ex seniozibus eoz q̄ duo toles trā re,pmissiōis ītrarēt. Ꝺz qd antiq̄ replicam⁹·cū etiā si illa mīme fecisset, te hoc solo nemo vos dignos venia iudicaret q⁹ dñm xp̄m, ꝓbaz sp vob vocib⁹ repzomissū nō solū suscipe noluistis: ē etiā morte pessima pemistis? Quem ut nos coḡuim⁹ starim cre didim⁹·cū nob te eo antea nō fuerit p̄dicatū Añ,pbaf,q⁹ idolis fuiuim⁹, nō obstinationi mētis: ē igrātie reputādū. Qui.n.cognitū ilico seq̄mur: olim vtiq̄ segremur si antea cognouissem⁹. Sic aūt vos te generi nobilitate iactaf q̄si nō moz imitatio magi q⁹ carnalis natiuitas filios vos faciat esse scōz. Denicq̄ esau ⁊ ismahel cū te stirpe sint abzahe· mīme tū i filijs reputant. Pis talē alēcatib⁹· aplūs se medū int ponēs ita ptiū dirimit qōes ut neutrū eoz sua iusticia salutē meruisse ꝓfirmet: ālios ꝺo xp̄os ⁊ scienē ⁊ gnāē velq̄sse: Judeos q̄dē q⁹ p̄ p̄uaricationē legis tē inꝺonozauerit: gētes ꝺo q⁹ cū cognitū te creata creatoze ut tē tebuerit venerari· gliam ei⁹ i manufacta mutauerint simulacra. Utroq̄ etiā silr venia cōsecutos· eq̄les esse tr̄issima rōne tēmōstrat: plerti cū i eadē lege p̄dictū sit ⁊ iudeos ⁊ gentes ad xp̄i fidem vocandos esse. Quāobrem vicissim eos humilians ad pacem ⁊ concoꝛdiam cohortatur.

Explicit prologus. Incipit argumentum.

Omani sunt ptis italie. Ꝺi preuenti sunt a falsis aplis, ⁊ sub nole dñi nr̄i ihu xp̄i in legē ⁊ ꝓphas erāt idocti. Vos reuocat apostolus ad veram ⁊ euangelicam fidem: scribens eis a cozinto.

Explicit argumentum. Incipit epla beati pauli apli ad Romanos. Caplm. I

Paulus seruus ihu xp̄i vocat⁹ aplūs· segregat⁹ i euāgeliū dei q⁹ añ ꝓmiserat p ꝓphas suos i scripturis scis te filio suo q̄ fact⁹ ē ei ex semē dauid sm carnē· q̄ p testiat⁹ ē filius dei i ꝓtute sm spūm sanctificatiōis ex resurrectiōe mortuoz ihu xp̄i dñi nr̄i per quē accepim⁹ gr̄am ⁊ aplatū ad obediēdū fidei i oib⁹ gētib⁹, p nole ei⁹ i q̄b⁹ estis ⁊ vos vocati ihu xp̄i: oib⁹ q̄ sunt rome dilect⁹ dei vocatis scis. Gr̄a vob ⁊ pax a deo pre ⁊ dño nro ihu xp̄o. Primū q̄dem grās ago deo meo per ihm xp̄m p oib⁹ vob: q⁹ fides vr̄a ānunciat in vniuerso mūdo. Testis.n.mihi ē deus cui seruio in spū meo i euāgelio filij ei⁹· q⁹ sine int̄missiōe memoriā vr̄i facio semp i oronib⁹ meis· obsecrās si q̄ mō tandē aliq̄n, psper iter habā in voluntate dei veniēdi ad vos. Desidero.n.videre vos ut aliq̄d impartiar vob grē spirital' ad ꝓfirmāri vos vos, i. simul ꝓsolari i vob p eā q̄ inuicē est fidē vestrā atq⁹ meā. Nolo āt vos ignorare frēs: q̄a sepe ꝓposui venire ad vos, ⁊ phibit⁹ sū vsq⁹ adhuc· ut aliquē fructū habeā i vob sic ⁊ ceteris gētib⁹. Grecis ac barbaris· sapiētib⁹ ⁊ insipiētibus debitor sū: ita q⁹ q̄ ꝺ me pmptū ē ⁊ vob q̄ rome est euāgeliçare. Nō.n.erubesco euāgeliū virt⁹.n. dei ē i salutē oi credēti: iudeo p̄mū ⁊ greco. Justicia.n. dei i eo revelat ex fide i fidē· sic scriptū ē: Just⁹ āt ex fide viuit. Revelat.n. ira dei de celo sup oem ipietatē ⁊ iusticiā eoz q̄ veritatē dei i iusticia detinēt: q̄a q̄ notū ē dei· manifestū ē in illis. Deus.n. illis manifestauit. Inuisibilia.n. ipsi⁹ a creatura mūdi p ea q̄ facta sūt intellecta ꝓspiciūt: sempiterna q⁹ ei⁹ virt⁹ ⁊ diuinitas: ita ut sint inexcusabiles. Quia cū cognouissent deū nō sic deū glificauerūt aut grās egerūt· ē euanuerūt i cogitatiōib⁹ suis: ⁊ obscuratū ē insipiens cor eoz. Pitātes.n. se ee sapientes· stulti facti sūt. Et mutauerūt gliam incorruptibil' dei i similitudinem imaginis corruptibil' hois ⁊ volucrū ⁊ quadrupedū ⁊ serpentiū. Propē q̄ tradidit illos deus in desideria cordis eoz i immūdiciā· ut cōtumelijs afficiant corpa sua semetipsis. Quia cōmutauerūt veritatē dei i mēdaciū. ⁊ coluerūt ⁊ seruierūt create pot⁹ q⁹ creatori· q̄ est bñdict⁹ in secla amē. Propea tradidit illos deus i passiones ignominie. Nā feie eoz immutauerūt nāle vsū i eū vsū q̄ ē cōnām. Silr āt ⁊ masculi relicto nāli vsu feie exarserūt i desideriis suis i inuicē masculi i masculos turpitudinē operātes ⁊ mercedē quā oportuit errozis sui i semetipsis recipientes. Et sicut nō pbauerūt deū habere i noticia· tradidit illos deus in reprobū sensū: ut faciāt ea q̄ nō pueniunt: repletos oi iniq̄tate malitia· fornicatiōe· auaritia· nequitia· plenos inuidia· homicidijs· ꝓtentiōe· dolo· malignitate

susurrones·detractores·deo odibiles: contumelioſos: ſuperbos: elatos: inuentores malorū pentib⁹ nō obedientes· insipientes· icōpositos· sine affectione· absq; fedē· sine mia. Qui cū iusticiā dei cognouissent· nō intellexerūt: qm̄ q talia agūt. digni sunt morte: nō solū qui ea faciunt: ſ etiam q̄ ꝓsentiunt faciētib⁹. VII

PRopē qō inexcusabilis es o hō oīs q̄ iudicas. In q̄ n. alterꝫ iudicas· teipm̄ ꝯdamnas. Eadem. n. agis q̄ iudicas. Scim⁹. n. qm̄ iudiciū dei ē ſm̄ ꝟitatē i eos q̄ talia agūt. Existimas h̄o hō q̄ iudicas eos q̄ talia agūt · & faq; ea· q̄a tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatꝫ ei⁹ · & patie · & longanimitatꝫ ꝓtenis? Ignoras: qm̄ benignitas dei ad pniam te adducit? Scom aūt duritiā tuā · & impenitens cor thesauriças tibi iram i die ire · & reuelationis iusti iudicij dei q̄ reddet vnicuiq; ſm̄ opa ei⁹. His q̄dē q̄ ſm̄ patiam boni operis gliam · & honorē · & incorruptionē q̄rētib⁹ vitā etnā. His āt q̄ sūt ex ptētione · & q̄ nō acquiescūt ꝟitati· credūt aūt iniq̄tati: ira · & indignatio· tribulatio · & angustia in oēm aiam hominis operantis malū: iudei ꝓmū · & greci. Gloria aūt · & honor · & pax oi operanti bonū: iudeo primū · & greco. Nō. n. est acceptio ꝓsonaꝝ apud deū. Quicūq; n. sine lege peccauerūt: sine lege pibūt. Et q̄cūq; in lege peccauerūt p legē iudicabunt. Non enim auditores legis iusti sunt apud deū: sed factores legis iustificabunt. Cū. n. gētes q̄ legē nō bñt nāliter ea q̄ legis sunt faciunt· eiusmodi legē nō bñtes ipsi sibi sunt lex: q̄ oñdunt opus legis scriptū i cordib⁹ suis· testimoniū reddēte illis cōscia ipōrū · & inter seinuicē cogitationē accusantiū: aut etiā defendentiū. i die cū iudicabit d⁹ occulta hoīum ſm̄ euangeliū meū p ihm̄ xp̄m. Si aūt tu iude⁹ cognominaris · & requiescis i lege · & gliaris in deo. · & nosti volūtatē ei⁹. · & pbas vtilioꝝ instruct⁹ p legē: confidis teipm̄ ee ducē cecoꝝ: lumē eoꝝ q̄ i tenebris sūt: eruditorē insipiētiū: magrm infantiū: habentem formā scie · & veritatis in lege. Qui g̃ aliū doces teipm̄ non doces. Qui p̄dicas nō furādū furaris. Qui dicis nō mechandū mecharis. Qui abhominaris idola: sacrilegiū facis. Qui i lege gliaris· p̄ uaricationē legis deū inhonoras. Nomē. n. dei p vos blasphemat⁹ inē gētes: sicut scriptum est. Circūcisio q̄dē· pdest si legē obſues: ſi autem ꝓuaricator legis sis: circūcisio tua p̄putiū facta ē. Si igit̄ p̄putiū iusticias legis custodiat: nōne p̄putiū illi⁹ i circūcisionē reputabit? Et iudicabit id q̄ ex nā ē p̄putiū legē cōsūmans te: q̄ per lrām · & circūcisionē p̄uaricatorem legis es. Nō. n. q̄ i manifesto iude⁹ ē neq; q̄ i māifesto i carne ē circūcisio: sed q̄ i abscōdito iude⁹ ē. · & circūcisio cordis i spū nō lrā: cui⁹ laus nō ex hoībus sed ex deo est. VIII

QUid g̃ ampli⁹ ē iudeo: aut q̄ vtilitas circūcisiōis? Multū p quēm modum. Primū q̄dē: q̄a credita sūt illis eloq̄a dei. Quid. n. si q̄dā illoꝝ nō crediderunt? Nūq̄d incredulitas illoꝝ fidē dei euacuauit? Absit. Est aūt d⁹ verax: omis aūt hō mendax· sicut scriptū est: ut iustificer⁹ in ſmonib⁹ tuis · & vincas cū iudicar⁹. Si āt iniq̄tas nra iustitiā dei cōmēdat: q̄d dicem⁹? Nūq̄d iniq⁹ ē d⁹ q̄ ifert irā? Scom hoīem dico. Absit. Alioq̄n quō iudicabit d⁹ hūc mūdū? Si. n. ꝟitas dei in meo mēdacio abūdauit in gliam ipsi⁹: q̄d adhuc · & ego tanq̄ pctōr iudicor? · & non sicut blasphemamur. · & sicut aiūt q̄dā nos dicere: faciam⁹ mala ut veniant bona: Quoꝝ dānatio iusta ē. Quid g̃? Precellimꝰ eos? Nequaq̄ Causati. n. sumus iudeos · & grecos oēs sub pctō eē: sicut scriptū ē. Quia nō ē iust⁹ q̄sq̄ nō ē itelligens: nō ē requirēs deū. Oēs declinauerūt simul inutiles facti sūt: nō est q̄ faciat bonū nō est vsq; ad vnum. Sepulchrū patens est guttur eoꝝ: linguis suis dolose agebant: venenum aspidū sub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictione · & amaritudine plenū est: veloces pedes eoꝝ ad effundendū sanguinē. Cōtritio · & infelicitas in vijs eoꝝ. · & viā pacis nō cognouerūt: nō ē timor dei añ oculos eoꝝ. Scimus aūt: q̄m q̄cūq; lex loq̄t: his q̄ i lege sunt loq̄t⁹. ut oē os obstruatur · & subditus fiat omis mundus deo: q⁹ ex opib⁹ legis nō iustificabit omis caro coram illo. Per legem. n. cognitio peccati. Nūc āt sine lege iusticia dei māifestata ē testificata a lege · & pphetis. Justicia āt dei p fidē ihū xp̄i: in omnes · & sup oēs q̄ credūt in eum. Nō. n. ē distinctio. Oēs. n. peccauerūt. · & egent gloria dei. Justificati gratis p grām ipsi⁹ p redemptionē q̄ ē in xp̄o ihū· quē ppoſuit d⁹ ppitiatorem p fidē in sanguine ipsi⁹ ad ostēsionē iusticie sue, ppter remissionē pcedentiū delictorū in sustentatione dei ad ostensionē iusticie ei⁹ in hoc tpe· ut sit ipe iust⁹ · & iustificans eum q̄ ex fide est ihū xp̄i. Ubi est g̃ gloriatio tua?

Exclusa ē. Per quā legē? Factor? Nō. Sz p legē fides. Arbitramur.n. iustificari hoiem p fidē sine op̄ib⁹ legi. An iudeor⁹ tm? Nōne ⁊ gentiū: Immo ⁊ gentiū. Quīn q̄dem vn⁹ est tm⁹ q̄ iustificat circūcisionē ex fide. ⁊ pputiū p fidē. Legē ḡ destruim⁹ p fidē? Absit Sed legem statuimus.

IIII

Quid ḡ dicem⁹ inuenisse abrahā patrē nr̄m ſm carnē. Si.n. abrahā ex op̄ib⁹ legi iustificat⁹ ē: habz glōiā sz nō apud deū. Quid.n. dic scriptūra? Credidit abrahā deo ⁊ reputatū ē illi ad iusticiā. Ei aūt q̄ operat̄ mercēs nō iputat̄ ſm grām: sz ſm debitū. Ei ẽo q̄ nō operat̄ credēti aūt in eū q̄ iustificat impiū: reputat̄ fides ei⁹ ad iusticiā ſm̄ ppositū gr̄e dei sic ⁊ dauid dicit btitudinē hois cui deus accepto fert iusticiā sine op̄ibus. Btī q̄r remisse sūt iniq̄tates: ⁊ q̄r tecta sūt pcā. Btūs vir cui nō iputauit dñs pcm̄. Britudo ḡ hi circūcisiōe manet: an etiā i p̄putio? Dicim⁹.n. q̄a reputata est fides abrahe ad iusticiā. Quō ḡ reputata ē: In circūcisiōe: an i p̄putio? Nō in circūcisiōe: sz in p̄putio. Et signū accepit circūcisiōis signaculū iusticie fidei q̄ē in p̄putio: ut sit p̄ oīuz credētiū p̄putiū: ut reputet̄ ⁊ illis ad iusticiā. Et sic p̄ circūcisiōis: nō bis tm̄ q̄ sunt ex circūcisiōe: sz ⁊ bis q̄ sectāt̄ vestigia fidei q̄ ē in p̄putio p̄ris nr̄i abrahe. Nō.n. p legē p̄missio abrahe aut semini eius ut hēres esset mūdi. sz p iusticiā fidei. Si.n. q̄ ex lege hēredes sūt: exinanita ē fides. atolita est p̄missio. Lex.n. irā operat. Ubi.n. nō est lex: nec p̄uaricatio. Jō ex fide. ut ſm grām firma sit p̄missio oi semini. Nō ei q̄ ex lege ē solum sz ⁊ ei q̄ ex fide est abrahe q̄ pater ē oīuz nr̄m sicut scriptū ē. Quia patrē multar⁹ gēiū posui te añ deū cui credidisti: q̄ viuificat mortuos ⁊ vocat ea q̄ nō sūt: tanq̄ ea q̄ sūt. Qui ꝫ spem: i spem credidit. ut fieret pat̄ multar⁹ gentiū: ſm q̄ dictū est ei. Sic erit semen tuū sicut stelle celi ⁊ arena marī. Et nō infirmat⁹ est in fide: nec p̄siderauit corp⁹ suū emortuū cū iā fere cētum eēt ānor⁹. ⁊ emortuā vuluā sare. In repromissiōe etiā dei nō dubitauit diffidentia: sz p̄fortat⁹ est fide. dans glōiā deo plenissime sciēs q̄a q̄cūq⁹ p̄misit deus potēs ē ⁊ facere. Jō ⁊ reputatū ē illi ad iusticiā. Nō est aūt scriptū tm̄ q̄ip̄ ipm: q̄z reputatū ē illi ad iusticiā: sz ⁊ q̄p̄ nos q̄b⁹ reputabit credētibus in eum: q̄ suscitauit ihm̄ xp̄m dñm nr̄m a mortuis: q̄ tradit⁹ est p̄ delicta nr̄a. ⁊ resurrexit p̄ter iustificationem nostram.

V

Iustificati ḡ ex fide pacē habeam⁹ ad deū p dñm nr̄m ihm̄ xp̄m p quē habem⁹ accessum p fidē in grām istā. i q̄ stamus ⁊ gl̄iamur in spe gl̄ie filior⁹ dei. Nō solū aūt sz ⁊ gloriamur i tribulatiōib⁹: sciētes q̄ tribulatio patientiā opat̄: patiētia aūt p̄bationē. p̄batio ẽo spem. Spes aūt nō ꝓfundit: q̄a caritas dei diffusa ē in cordib⁹ nr̄is. p spm̄ scm̄ q̄ dat⁹ est nob. Ut q̄d.n. xp̄s cum adhuc infirmi essemus ſm tp̄s. p impiis mortu⁹ ē. Vix.n. p iusto q̄s moriet. Nā p bono forsitan q̄s audeat mori. Cōmēdat aūt caritatē suā deus in nob: q̄m si cū adhuc pctōres essem⁹ ſm tp̄s xp̄s. p nob mortu⁹ est. multo igit magis nūc iustificati i sanguine ipsi⁹ salui erim⁹ ab ira p ipm. Si.n. cū inimici essem⁹. reconciliati sum⁹ deo p mortē filij ei⁹. multo magis reconciliati salui erim⁹ in vita ipsi⁹. Nō solū aūt sz ⁊ gloriamur in deo p dñm nr̄m ihm̄ xp̄m: p quem nūc reconciliationē accepim⁹. Propter ea sicut p vnū hoiem pctm̄ in hūc mundū intrauit. ⁊ p pctm̄ mors: ita ⁊ in oēs hoies mors ptrāsiit: in q̄ oēs peccauerunt. Usq; ad legē.n. pctm̄ erat in mūdo. Peccatū aūt nō imputabat̄. cū lex nō esset: sz regnauit mors ab adā vsq; ad moysen. etiā i eos q̄ nō peccauerūt in similitudinē p̄uaricatiōis ade: q̄ ē forma futuri. Sed non sicut delictū: ita ⁊ donū. Si enim vni⁹ delicto multi mortui sūt: multo magis grā dei ⁊ donū in gratia vni⁹ hois ihu xp̄i in plures abundauit. Et nō sicut p vnū pctm̄: ita ⁊ donū. Nā iudiciū q̄dē ex vno in ꝯdēnationē. grā aūt ex multis delictis in iustificationē. Si.n. vni⁹ delicto mors regnauit p vnū: multo magis abūdantiā grē ⁊ donatiōis ⁊ iusticie accipiētes in vita regnabunt p vnū ihm̄ xp̄m. Igit sicut p vni⁹ delictū in oēs hoies in ꝯdēnationem. sic ⁊ p vni⁹ iusticiā in oēs hoies in iustificationē vite. Sic.n. p inobedientiā vni⁹ hois pctōres ꝓstituti sūt multi. ita ⁊ p vnius obedientiā iusti ꝓstituēt multi. Lex aūt subintrauit. ut abūdaret delictū. Ubi aūt abūdauit delictum. superabūdauit ⁊ grā. ut sicut regnauit peccatū in mortē. ita ⁊ grā regnet p iusticiā in vitā eēnā: p ihm̄ christum dñm nr̄m.

VI

Quid ḡ dicemus? Manebim⁹ in pctō ut grā abūdet? Absit. Qui enim mortui sum⁹ pctō: quomodo adhuc

viuem⁹ in illo? An ignorat⁹ qa q̃cũq; baptizati sum⁹ in xp̃o ihu: in morte ipsi⁹ baptizati sum⁹? Cõsepulti.n.sum⁹ cũ illo p baptismũ in mortẽ: ut quõ xp̃s surrexit a mortuis per gl̃iaz p̃tis: ita z nos in nouitate vite ãbulem⁹. Si.n.cõplãtati facti sum⁹ similitudini mortis ei⁹: sil' z resurrectiõis erim⁹. Hoc sciẽtes qa vet⁹ hõ nr̃ sil' crucifix⁹ ẽ ut destruat corpus pcti: ut vltra nõ seruiam⁹ pcto. Qui.n.mortu⁹ ẽ: iustificat⁹ ẽ a pcto. Si ãt mortui sum⁹ cũ xp̃o credim⁹ qa sil' etiã viuem⁹ cũ illo: sciẽtes q xp̃s resurgẽs ex mortuis iã nõ morit̃ mors illi vltra nõ dñabit̃. Qd enim mortuus ẽ pcto: mortu⁹ ẽ semel: q ãut viuit: viuit deo. Ita z vos existimate vos mortuos quidẽ esse pcto: viuẽtes ãt deo i xp̃o ihu. Nõ g̃ regnet pctm̃ i vr̃o mortali corpe: ut obediat⁹ concupiscẽtijs ei⁹. Sz neq; exhibeat⁹ mẽbra vr̃a arma iniq̃tat⁹ pcto: s exhibete vos deo tãq; ex mortuis viuẽtes. z mẽbra vr̃a arma iusticie deo. Pctm̃.n. vob nõ dñabit̃. Nõ.n. sub lege est̃ s sub grã. Quid g̃? peccauim⁹ qm̃ nõ sum⁹ sub lege: s sub grã? Absit. An nescit⁹ qm̃ cui exhibet⁹ vos seruos ad obediẽdũ: serui estis ei⁹ cui obedistis. siue pcti ad mortẽ: siue obeditiõis ad iusticiã? Grãs ãut deo q fuist̃ serui pcti: obedist̃ ãt ex corde meã formã doctrine in q̃ traditi est̃. Liberati ãut a pcto: serui facti est̃ iusticie. humanũ dico: propt̃ infirmitatẽ carnis vr̃e. Sic̃.n. exhibuistis mẽbra vr̃a seruire immũditie z iniq̃tati ad iniq̃tatẽ: ita nũc exhibete mẽbra vr̃a seruire iusticie i sanctificationẽ Cũ.n. serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quẽ g̃ fructũ habuistis tũc i illis: in q̃b⁹ nũc erubescit⁹? Nã finis illor⁹ mors ẽ. Nũc aũt liberati a pcto: serui ãut facti deo: habet⁹ fructũ vr̃m in sanctificationẽ: finẽ vero vitã eternã. Stipẽdia.n. pcti mors: grã ãut dei vita eternã in xp̃o ihu dño nr̃o.

VII

An ignorat⁹ frẽs scientib⁹.n. legẽ loquor. qa lex in hoie dñat quanto tpe viuit? Nã q̃ sub viro ẽ mulier viuẽte viro alligata ẽ legi. Si ãt mortu⁹ fuerit vir ei⁹: soluta ẽ a lege viri. Igit̃ viuente viro vocabit̃ adultera: si fuerit cũ alio viro: si ãut mortu⁹ fuerit vir ei⁹: liberata ẽ a lege viri: ut nõ sit adultera: si fuerit cũ alio viro. Itaq; frẽs mei z vos mortificati estis legi p corp⁹ xp̃i: ut sitis alteri⁹ q̃ ex mortuis resurrexit: ut fructificet̃ deo. Cũ enim essem⁹ in carne: passiones pcto⁹ q̃ per legẽ erãt operabant̃ in mẽbris nr̃is: ut fructificarent morti. Nũc ãut soluti sumus a lege mortis i q̃ detinebamur: ita ut seruiam⁹ i nouitate spũs. z nõ vetustate lr̃e. Quid g̃ dicem⁹? Lex pctm̃ ẽ? Absit. Sz pctm̃ nõ cognoui nisi p legẽ. Nã cõcupiscẽtiã nesciebã: nisi lex diceret: Nõ concupisces. Occasiõe ãut accepta pctm̃ p mandatũ operatũ ẽ i me oẽm concupiscẽtiã. Sine lege.n. pctm̃ mortuũ erat. Ego ãut viuebã sine lege aliq̃n. Sz cũ venisset mãdatũ: pctm̃ reuixit. Ego ãut mortu⁹ sũ. z inuẽtũ ẽ mihi mãdatũ qd erat ad vitã: hoc ee ad mortẽ. Nã pctm̃ occasiõe accepta p mãdatũ seduxit me. z p illud occidit. Itaq; lex qdẽ scã z mãdatũ scm̃ z iustũ z bonũ. Qd g̃ bonũ est: mihi factũ ẽ mors? Absit. Sz pctm̃ ut appareat pctm̃ p bonũ operatũ ẽ mihi mortẽ: ut fiat supẽ modũ peccãs pctm̃ p mãdatũ deim⁹.n. q; lex spiritalis ẽ. Ego ãt carnalis sũ: venũdat⁹ sub pctõ. Qd enim operor nõ intelligo. Nõ enim qd volo bonũ: hoc ago: s qd odio malũ: illud facio. Si ãut qd nolo illud facio consentio legi. qm̃ bona ẽ. Nũc ãut iã nõ ego operor illud: s qd habitat i me pctm̃. Scio enim qa nõ habitat i me b̃ est in carne mea bonũ. Nã velle adiacet mihi: perficẽ ãut bonũ nõ inuenio. Nõ enim qd volo bonũ b̃ facio: s qd nolo malũ b̃ ago. Si ãt qd nolo illud facio: iã nõ ego operor illud: s qd habitat i me pctm̃. Inuenio igit̃ legẽ volenti mihi facere bonũ: qm̃ mihi malũ adiacet. Condelector.n. legi dei scm̃ interiorẽ hoiez. Video ãut aliã legẽ i mẽbris meis repugnãtẽ legi mentis mee: z captiuantẽ me i lege pcti q̃ ẽ i mẽbris meis. Infelix ego hõ: qs me liberabit de corpe mortis huius? Grã dei: per ihm̃ xp̃m dñm nr̃m. Igitur ego ipse mẽte seruio legi dei: carne ãt legi pcti.

VIII

Nihil ergo nũc dãnatiõis ẽ his q̃ sunt i xp̃o ihu q̃ nõ scm̃ carnẽ ãbulant. Lex enim spũs vite in xp̃o ihu: liberauit me a lege pcti z mortis. Nã q̃d impossibile erat legi i q̃ infirmabat̃ p carnẽ de⁹ filiũ suũ mittẽs i similitudinẽ carnis pcti. z de pcto dãnauit pctm̃ i carne ut iustificatio legis impleret in nob̃ q̃ nõ scm̃ carnẽ ãbulam⁹ b̃ scm̃ spm̃. Qui.n. sz carnẽ sũt q̃ carnis sũt sapiũt q̃ vero sz spm̃ q̃ sũt spũs sctiũt. Nã prudẽtia carnis mors est: prudẽtia ãt spũs vita z pax. Qm̃ sapiacarnis inimica ẽ deo. Legi.n. dei nõ ẽ subiecta nec enim pot̃. Qui ãt i carne sũt deo placẽ nõ pñt. Vos

aūt ī carne nō est· ꝟ i ſpū· ſi tñ ſpūs dei habitat in vob. Qui ꝛps aūt ſpm xp̄i nō hz: hic nō ē ei⁹ Si aūt xp̄s in vobis ē· corp⁹ quidē mortuū ē, ꝓpt̄ peccm: ſpūs aūt vita est ꝓpt̄ iuſtificationē· Qui ſi ſpūs ei⁹ q̄ ſuſcitauit ihm a mortuis habitat in vob: q̄ ſuſcitauit ihm xp̄m a mortuis viuificabit & mortalia corpa vra· ꝓpt̄ inhabitātē ſpm ei⁹ in vob. Ergo frēs debitores sum⁹ nō carni ut ſm carnē viuam⁹. Si enī ſm carnē vixeritis· morieminī: ſi aūt ſpū facta carnis mortificaueritis· viuetis. Quicūq⁹ n. ſpū dei agūt hi sūt filij dei. Nō n. accepistis ſpm ſeruitutis iterū in timore· ſ accepistis ſpm adoptionis filioꝝ: in q̄ clamamus abba pr̄. Ipſe enī ſpūs testimoniū reddit ſpiritui nr̄o: q⁹ sum⁹ filij dei. Si aūt filij & hēdes· hēdes q̄dē dei: coheredes aūt xp̄i: ſi tñ cōpatimur: ut & cōglorificemur. Existimo enim: q⁹ nō sunt cōdigne passiōes hui⁹ tp̄is ad futurā gloriā q̄ reuelabit nob. Nā expectatio creature reuelationem filioꝝ dei expectat. Vanitati n. creatura subiecta ē nō volēs: ſ ꝓpt̄ eū q̄ subiecit eā in ſpē: qa & ipſa creatura liberabit a ſeruitute corruptiōis in libtatē glie filioꝝ dei. Scim⁹ enī q⁹ oīs creatura ingemiscit & parturit vsq⁹ ad huc. Nō solū aūt illa ſ & nosipſi ꝓmitias spūs hītes. & ipſi intra nos gemim⁹ adoptionē filioꝝ dei: expectātes redemptionē corpis nr̄i. Spe n. salui facti sum⁹. Spes aūt q̄ videt· nō ē spes. Nā q⁹ videt q̄s: q̄d sperat: Si aūt q⁹ nō videm⁹· sperам⁹: p patiētiā expectamus. Sic aūt & spūs adiuuat infirmitatē nr̄am. Nā q̄d oremus sicut oportet· nescim⁹: sed ipse spūs postulat ꝓ nob gemitib⁹ inenarrabilib⁹ Qui aūt scrutat corda: scit q̄d desiderat spūs qa ſm deū postulat ꝓ sanctis. Scim⁹ aūt q̄m diligētib⁹ deū oīa cooperant in bonū· his q̄ ſm ꝓpositū vocati sūt sci. Nā q⁹ prescivit· & predestinauit ꝓformes fieri imaginis filij sui ut sit ipse ꝓmogenit⁹ in multis frib⁹· Quos aūt p̄destinauit hos & vocauit· & q⁹ vocauit: hos & iustificauit. Quos aūt iustificauit: illos & magnificauit. Quid ḡ dicem⁹ ad hec: Si de⁹ ꝓ nob: q⁹ ꝑ nos: Qui etiā ꝓpr̄io filio suo nō pepercit: ſ ꝓ nobis oīb⁹ tradidit illū. Quō nō etiā cū illo oīa nob donauit: Quis accusabit aduersus electos dei: de⁹ q̄ iustificat. Quis ē q̄ cōdēnet: Xp̄s ihs q̄ mortuus ē· imo q̄ & resurrexit: q̄ ē ad dexterā dei· q̄ etiā int̄pellat ꝓ nobis. Quis ḡ nos segrabit a caritate xp̄i

Tribulatio: an angustia· an fames· an nuditas· an periculū· an psecutio· an gladi⁹? Sicut scriptū ē. Quia ꝓpt̄e te mortificamur tota die estimati sum⁹ sicut oues occisiōis. Sz i his oīb⁹ superam⁹: ꝓpt̄ eū q̄ dilexit nos. Certus sū eni q̄a neq⁹ mors neq⁹ vita· neq⁹ angeli· neq⁹ principat⁹· neq⁹ ꝑtutes· neq⁹ instātia· neq⁹ futura· neq⁹ fortitudo· neq⁹ altitudo· neq⁹ p fūdū· neq⁹ creatura alia poterit nos separare a caritate dei: q̄ ē in xp̄o ihu dño nr̄o.

VIX

Veritatē dico in xp̄o ihu. nō mentior testimoniū mihi phibente ꝙscia mea in spū sancto: quoniam tristicia est mihi magna: & continuus dolor cordi meo. Optabā enī ego ipse anathema esse a christo ꝓ fratrib⁹ meis q̄ sūt cognati mei ſm carnē q̄ sūt israhelite: q̄rū adoptio ē filioꝝ. & gl̄ia & testm̄ & legislatio & obsequiū & ꝓmissa q̄ꝝ pres ex quib⁹ ē xp̄s ſm carnē· q̄ ē sup oīa deus benedict⁹ in scla amē. Nō aūt q⁹ exciderit ꝟbū dei. Nō enī oēs q̄ ex israhel· hi sūt israhelite neq⁹ qui semen sūt abrahe oēs filij. Sz in ysaac vocabitur tibi semen. i. nō q̄ filij carnis hi filij dei: ſ q̄ filij sūt ꝓmissionis· estimāt in semie Promissionis n. ꝟbū hoc est. Secūm hanc tp̄m veniā & erit sare filio. Nō solū autē illa: ſ & rebecca ex vno concubitu nr̄i ysaac patris nr̄i. Cū n. nōdū nati fuissent aut aliq̄d boni egissent aut mali: ut ſm electionē ꝓpositum dei maneret· nō ex opibus ſ ex vocatiōe dictū ē ei q̄a maior seruiet minori: sic̄ scriptū ē. Jacob dilexi: esau aūt odio habui. Quid ḡ dicem⁹? Nūq̄d iniq̄tas apud deū: Absit. Moysi enī dic̄. Miserebor cui miser⁹ fuero & miām ꝓstabo cui misereboꝝ. Igit̄ nō volentis neq⁹ currentis: ſ miserentis ē dei. Dicit enī scriptura pharaoni Quia in hoc ipsū excitaui te ut ondā in te virtutē meā. & ut annūciet nomen meū in vniuersa tra. Ergo cui⁹ vult miserebit. & quē vult idurat. Dicis itaq⁹ mihi. Quid adhuc q̄rit? Voluntati n. ei⁹ q⁹ resistit: O hō: tu q̄ es q̄ respondeas deo: Nūq̄d dic̄ figmētū ei q̄ se finxit: q̄d me fecisti sic: An non hz ptātē figulus de eadē massa facē aliud q̄dē vas in honorē: aliud ꝓ in ꝓtumeliā: Quid si de⁹ volens ondere irā & notā facē potētiā suā· sustinuit in multa patiētia vasa ire apta in interitū: ut ostēderet diuitias glorie sue in vasa miē q̄ ꝓparauit in gloriā: Quos & vocauit· nō solū ex iudeis ſ etiā ex gētib⁹: sic̄ in osee dic̄. Vocabo

nō plebē meā plebē meā: ⁊ nō dilictā. dilectā ⁊ nō mīam ꝓsecutā. miam ꝓsecutā. Et erit i loco vbi dictū ē eis nō pleb⁹ mea vos: ibi vocabūf filij dei viui: ysaias āt clamat p isrl. Si fuerit nūer⁹ filioꝝ isrl tāq̄ arena maris: reliq̄e salue fiēt. Verbū. n. ꝓsummās ⁊ abbreuiās i eq̄tate: q⁹ ꝙbū breuiatū faciet dñs sup ṫrā Et sic p̄dixit ysaias nisi dñs sabaoth reliq̄sset nobis semē: sic sodoma facti essem⁹ ⁊ sic gomorra simes fuissem⁹. Quid g̃ dicemus? Qz gētes q̄ nō sectabāt iusticiā. apphēderūt iusticiā: iusticiā āt q̄ ex fide ē. isrl ꝙo sectādo legē iusticie. i legē iusticie nō puenit. Quare? Quia nō ex fide. ꝫ q̄si ex opib⁹. Offenderūt n. in lapidē offensiōis: sic scriptū ē. Ecce pono in syon lapidē offensiōis ⁊ petrā scādali: ⁊ oīs q̄ credit in eū nō cōfundet. V X

Fratres: volūtas q̄dē cordis mei ⁊ obsecratio ad deū fit ꝓ illis i salutē Testimoniū. n. phibeo illis q̄ emulationē q̄dē dei bñt: ꝫ nō p̄m sciaz. Ignōrantes enī iusticiā dei ⁊ suā q̄rentes statuere: iusticie dei nō sūt subiecti. Finis. n. legis xp̄s ad iusticiā oi credenti. Moyses. n. scripsit: q̄m iusticiā q̄ ex lege ē. qui fecerit hō. viuet in ea Que aūt ex fide ē iusticia sic dic̄. Ne dixeris i corde tuo. q̄s ascēdet i celū. i. xp̄m deducere aut q̄s descēdet i abyssū. ꝫ ē xp̄m a mortuis reuocare. Sz q̄d dic̄ scriptura? Prope ē ꝙbū in ore tuo ⁊ in corde tuo. Hoc est verbū fidei q̄d p̄dicam⁹: q̄a si cōfiteaꝛis in ore tuo dñm ihm. ⁊ in corde tuo crediderīs q⁹ deus illū suscitauit a mortuis. salu⁹ eris. Corde enī creditf ad iusticiā: ore aūt cōfessio fit ad salutē. Dic enī scriptura. Omis q̄ credit i illū nō cōfūdet Nō. n. ē distinctio iudei ⁊ greci. Nā idē dñs oīuz. diues in̄s q̄ inuocāt illū. Omis. n. q̄cūq̄ inuocauerit nomē dñi salu⁹ erit. Quomodo ergo inuocabūt: in quē nō crediderūt? Aut quō credēt ei. quē nō audierūt. ⁊ quō autē audiēt sine p̄dicāte? Quō ꝙo p̄dicabūt: nisi mittant? sicut scriptū est. Qz speciosi pedes euāgeliçātiū pacē: euangelicantiū bona. Sz nō omnes obediūt euāgelio. Ysaias. n. dicit dñe quis credidit auditui nr̄o? Ergo fides ex auditu: auditus aūt p ꝙbū xp̄i. Sz dico Nūq̄d nō audierūt? Et q̄dē i oēm trā exiuit sonus eoꝝ. ⁊ i fines orbis terre ꝙba eoꝝ. Sz dico. Nūq̄d isrl nō cognit? Primus moyses dicit. Ego ad emulationē vos adducā i nō gentē. i gētē insipiētē: i irā vos mittā. Ysaias aūt audit ⁊ dicit. Inuētus sū a nō q̄rentib⁹ me: palā apparui his qui me nō interrogabāt Ad isrl aūt dic̄ Tota die expādi manus meas ad populū nō credētē. ꝫ cōtradicētē mihi V XI

tendebāt ad lit⁹. Et cū icidissemus i locū bi-
thalassū i⁹gerūt nauē. ⁊ pzora q̄dē fixa ma-
nebat īmobilis: puppis ꝓo soluebat a vi mar
Militū aūt ꝓsiliū fuit ut custodias occide-
rēt·ne q̄s cū enatasset effugeret: cēturio autē
volēs saluare paulū, prohibuit fieri. Jussitq̄ eos
q̄ possent natare emittere se ꝑmos ⁊ euadē ⁊
ad crā exire. ⁊ ceteros alios i tabulis ferebant·
q̄dā sup ea q̄ ve naui erāt. Et sic factū est ut
oēs aie euaderēt ad crā.

XXVIII

Et cū euasissem⁹: tūc cognouim⁹ q̄a
mitylene insula vocabat. Barbari ꝓo
pstabāt nō modicā bumānitatē nob.
Accēsa.n. pyra reficiebāt nos oēs ꝓpē bym-
bre q̄ imminebat ⁊ frig⁹. Cū congregasset aūt
paul⁹ sarmēto⁹ aliquātā multitudinē ⁊ im-
posuisset sup ignē·vipera a caloze cū pcessisset
invasit manū ei⁹. Ut ꝓo viderūt barbari pē-
dētem bestiā ve manu ei⁹: ad iuicem dicebāt.
Vltiq̄ bomicida ē bō bic: q̄ cū euasit ve mari
vltio nō sinit eū viuē. Et ille q̄dē excutiēs ve-
stiam i ignem·nibil mali passus ē. At illi exi-
stimabāt eū i timorē cōuertēdum. ⁊ subito
casurum ⁊ mori. Diu autem illis sperātibus
⁊ videntibus nibil mali in eo fieri·cōuerten-
tes se·dicebant eum eē deū. In locis aūt illis
erāt p̄dia ꝓncipis insule noie publij: q̄ nos su-
scipiēs·triduo benigne exbibuit. Cōtigit aūt
p̄em publij febrib⁹ ⁊ dysenteria vexatū iace-
re. Ad quem paulus intrauit. ⁊ cum orasset.
⁊ imposuisset ei manus·saluauit eum. Quo
facto omnes q̄ i insula babebāt infirmitates ac
cedebāt ⁊ curabāt⁹. Qui etiā mult⁹ bonori-
bus nos bonorauerūt. ⁊ nauigātib⁹ imposue-
rūt q̄ necessaria erāt. Post mēses autem tres
nauigauim⁹ i naui alexādrina q̄ in insula bye-
mauerat: cui erat ⁊signe castoꝝ. Et cum
venissemus syracusam mansimus ibi triduo.
Inde circūlegentes venim⁹ regiū. ⁊ post
vnū diem flante austro secūda die venimus
puteolos vbi inuent⁹ fribus rogati sum⁹ manē
apud eos dies septem. ⁊ sic venim⁹ romā. Et
inde cū audissent frēs occurrerūt nobis vsq̄
ad appij fox ⁊ trib⁹ tabernis. Quos cum vi-
disset paulus·grās agēs deo accepit fiduciā.
Cum aūt venissem⁹ romā· pmissum ē paulo
pmanere sibimet·cum custodiente se milite.
Post tertiū aūt die vocauit ꝓmos iudeoꝝ
Cūq̄ venissent·dicebat eis: Ego viri frēs ni
bil aduersus plebem faciēs aut mori paternū
vinctus ab bierosolymis tradit⁹ sum in man⁹
romanoꝝ q̄ cū interrogationē ve me babuisset
voluerūt me dimittere·eo q̄ eēt nulla cā mo-
tis in me. Contradicētib⁹ aūt iudeis coact⁹
sum appellare cesarem: nō quasi gentē meam
babēs aliq̄d accusare. Propter bāc igit cām
rogaui vos videre ⁊ alloq̄. Propter spem eni
sr̄l catbena bac circūdatus sum. At illi dixe
rūt ad eū. Nos neq̄ lr̄as accepim⁹ de te a iu-
dea: neq̄ aduenies aliq̄s fratrū nūciauit aut
locutus est quid de te malū. Rogamus aūt a
te audire q̄ sentis. Nam de secta bac notū ē no
bis: q̄a vbiq̄ ei ꝓdicit. Cum ꝓstituissent autē
illi diem: venerūt ad eum in bospitiū plurimi
q̄bus exponebat testificās regnū dei. suadēsq̄
eis de iesu ex lege moysi ⁊ prophetis· a mane
vsq̄ ad vesperā. Et q̄dam credebant bis que
dicebant·quidam ꝓo nō credebāt. Cūq̄ inui-
cem nō essent consentientes: discedebant dice-
te paulo vnū verbum. Quia bñ spūs scūs lo-
cutus ē p ysaiam ꝓpbetam ad pres vros di-
cens. Vade ad ꝓplin istū ⁊ dic. Aure audiet:

ꝛ nō intelligetꝭ. ꝛ videtes videbitꝭ ꝛ nō pspi-
cietis. Incrassatum est enim coꝛ ꝓpli huius ꝛ
aurib⁹ grauiter audierūt: ꝛ oculos suos cō-
presserunt ne forte videant oculis. ꝛ aurib⁹
audiant. ꝛ coꝛde intelligāt. ꝛ puertanť ꝛ sa-
nem eos. Notū g̃ sit vob: qm̃ gentibus mis-
sum est ꝟ salutare dei. ꝛ ipſi audiēt. Et cum
hec dixisset: exierūt ab eo iudei multā bītes
inť se q̃stionē. Mansit aūt biēnio toto i suo
conducto. ꝛ suscipiebat omnes qui ingredie-
bantur ad eum: ꝓdicans regnum dei. ꝛ do-
cens que sunt de dño ihu christo. cum omni
fiducia sine ꝓhibitione.

¶ Explicit liber actuū apl̄oꝝ. Incipit ꝓlog⁹
in septem epistolas canonicas.

NOn ita est ordo apud grecos qui
integre sapiunt fidemq; rectā se-
ctantur epistolaꝝ septem. que ca-
nonice nuncupanť. sicut in latinis
codicibus inuenitur. ut q̃a petrus est prim⁹
in ordine apostoloꝝ: prime sint etiam eius epl̄e
in ordine ceterarum. Sed sicut euangelistas
dudum ad veritatis lineam coꝛreximus: ita
has ꝓlio ordini deo inuste reddidimus. Est
enim ꝓma earum vna iacobi. due petre. tres
iohānis ꝛ iude vna. Que si sicut ab eis dige
ste sunt. ita q̃ ab interpretibus fideliter. i la-
tinum verterenť eloquium. nec ambiguitatē
legentib⁹ facerent. nec sermonum seu varie-
tas impugnaret: illo precipuo loco vbi de
vnitate trinitatis in ꝓma iohānis epl̄a posit⁹
legimus. in qua etiam ab infidelib⁹ translato
ribus multū erratum eē a fidei veritate com-
pim⁹: trium tm̃modo vocabula. hoc est aque
sanguinis ꝛ spūs in ipsa sua editiōe ponētib⁹
ꝛ pris verbiq; ac spūs testimonij omittētī-
bus. In quo maxime ꝛ fides catholica robo-
ratur. ꝛ pris ꝛ filij ꝛ spūs sancti in vna diui-
nitatis subā comꝓbatur. In ceteris ꝓo epi-
stolis quantum a nostra alioꝝ distet editio.
lectoris ꝓdentie relinq̃. Sed tu ꝓgo xp̄i
custodij dum a me impensius scripture ve-
ritatem inquiris. meā quodāmodo senectu-
tem inuidoꝝ ventibus coꝛrodendā exponis: q̃
me falsariū coꝛruptoꝝq; scārum ꝓnūciant
scripturaꝝ. Ez ego i tali ope nec emulorum
meoꝝ inuidentiā ptimesco: nec sancte scriptu-
re veritatem possentibus venegabo.

¶ Explicit ꝓlogus i septem epl̄as canonicas
Incipit argumentum in easdem.

IAcob⁹ petrus. iohānes. ꝛ iudas: septē
epistolas ediderūt tam mysticas q̃ suc-
cinctas. ꝛ breues pariter ac longas bre-
ues in verbis. longas in sentētijs: ut rarus sit
qui non earum lectione cecutiat.

¶ Explicit argumentū in septem epl̄as cano
nicas. Incipit argumentū in epl̄am canoni-
cam beati Jacobi apostoli.

IAcob⁹ apl̄s scīm instruit cler⁹ de cultu
ra celestiū ꝑceptoꝝ ꝛ regula catholice
obseruantie. ꝛ de inuicte patientie mae
state. ꝛ de reuelatione plurimoꝝ: ꝛ de mē-
dacio magistroꝝ.

¶ Explicit argumentū. Incipit epl̄a canoni
ca beati Jacobi apl̄i. Capm̃.

IAcobus dei et

dñi nostri ihu xp̄i seruus: duode-
cim tribubus que sunt in dispsiōe
salutem. Omne gaudiū existima-
te frēs mei cū in tēptationes varias iciderit⁹
scientes q̃ ꝓbatio fidei vestre patientiā opat
Patientia aūt opus ꝑfectū habeat: ut sit⁹ ꝑ-
fecti ꝛ integri i nullo deficientes. Si q̃s aut⁹
vr̄m indiget sapiā. postulet a deo q̃ dat oibus
affluenť. ꝛ nō improꝓat ꝛ dabit⁹ ei. Postulet
aūt in fide nihil dubitās. Qui n. dubitat simi-
est fluctui maris: q̃a vento mouet⁹ ꝛ circūfert.
Nō g̃ estimet hō ille q̃ accipiat aliq̃d a dño
Vir duplex animo inconstās est i oib⁹ vijs suis.
Glorief aūt frater humilis i exaltatiōe sua: di-
ues aūt in humilitate sua: q̃m sicut flos feni
transibit. Exortus est enim sol cū ardoꝛe. ꝛ are
fecit fenum ꝛ flos eius decidit. ꝛ decoꝛ vul-
tus eius deperijt. Ita ꝛ diues in itineribus su-
is marcescet. Beatus vir qui suffert tempta
tionem: q̃m cum ꝓbatus fuerit accipiet coro-
nam vite. quam repromisit deus diligentib⁹
se. Nemo cum temptat dicat: q̃m a deo tem-
ptat. Deus enim intēptatoꝝ malorum est. Ipse
autem neminē temptat. Unusq̃sq; ꝓo tēpta
tur a ꝓpria concupiscentia sua. abstractus ꝛ illectus
deinde concupiscētia cum ꝓcepit parit pctm̃
pctm̃ ꝓo cum ꝓsūmatū fuerit generat mor-
tē. Nolite itaq; errare fratres mei dilectis-
simi. Omne datum optimū ꝛ donū ꝑfectū
desursum est. descendens a patre luminum:
apud quem nō est trānsmutatio. nec vicissitu-
dinis obumbratio. Uolūtarie. n. genuit nos
ꝓdo veritatis. ut simus initium aliq̃ creature

ei⁹. Sciẽt frẽs mei dilectissimi. Sit autẽ oĩs hõ velox ad audiẽdũ: tard⁹ aũt ad loquẽdũ & tard⁹ ad irã. Ira.n. viri iusticiam ẽi non opat. Propẽ qõ abijciẽtes oẽm imũdiciã & abũdãtiã malitie. i mãsuetudine suscipite insitũ ỹbũ. qõ põt saluare aĩas vr̃as. Estote aũt factores ỹbi. & nõ auditores tm̃. fallentes vosmetipsos: qa si qs auditor ẽ ỹbi & nõ factor hic cõparab̃ viro cõsiderãti vultũ natiuitatis sue in sp̃eculo. Consideauit.n. se & abijt. & statim oblit⁹ ẽ qlis fuerit. Qui autẽ ps̃exerit i lege pfecte libertat̃ & pmãserit in ea. nõ auditor obliuiosus fact⁹ ẽ factor opis hic bt̃us i facto suo erit. Si qs autẽ putat se religiosũ ee. nõ refrenãs linguã suã. ẽ seducẽs cor suũ: hui⁹ vana ẽ religio. Religio mũda & imaculata apud deũ & patrẽ hec ẽ visitare pupillos & viduas i tribulatione eor. & imaculatũ se custodire ab hõ seculo. VII

Fratres mei: nolite i p̃sonar̃ acceptione habere fidẽ dñi nostri ihesu x̃pi glozie. Eteni si introierit i conuentũ vr̃m vir. aureum annulũ hãs in veste candida: introierit aũt & pauper in sordido habitu. & intẽdatis i eũ q̃ indutus ẽ veste p̃clara. & dixeritis ei: tu sede hic bñ: pauperi aũt dicat̃. tu sta illic. aut sede sub scabello pedũ meor. nõne iudicat̃ apud vosmetipsos. & facti estis iudices cogitationũ iniquar̃. Audite fratres dilectissimi. Nõne deus elegit pauperes i hoc mundo diuites i fide. & hereres regni: qõ repromisit deꝰ diligẽtibus se? Vos aũt exhonorastis pauperẽ. Nõne diuites per potẽtiã oppimũt vos & ipsi trahũt vos ad iudicia? Nõne ipsi blasphemãt bonũ nomẽ qõ inuocatũ ẽ sup vos? Si tm̃ legẽ perficit̃ regalẽ ꝑm scripturas. diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsũ. bñ facit̃ si aũt psonã accipitis pctm̃ operami: redarguti a lege quasi trãsgressores. Quicũq; aũt totã legẽ seruauerit. offendat aũt i vno: factus ẽ oĩuz reus Qui.n. dixit nõ mechaberis: dixit & non occides. Q si nõ mechaberis. occides aũt: factus es trãsgressor legi. Sic loq̃mi & sic facite: sic ꝑ legẽ libertat̃ incipiẽtes iudicari. Iudiciũ.n. sine mĩa illi: q̃ nõ facit mĩam. Sup exaltat aũt mĩa iudicio. Quid proderit frẽs mei si fidẽ qs dicat se habẽ: opa aũt non habeat? Nũqd põt fides saluare eũ? Si aũt frat & sozor nudi sint & indigeant victu q̃ti diano: dicat aũt aliq̃s ex vobis illis. ite i pace calefacimi & saturami. nõ dederit⁹ ãt eis q̃ necia sũt corpi. q̃d ꝓderit? Sic & fides si nõ habeat opa mortua ẽ in semetipsa. Sz dicet qs: Tu fidẽ habes & ego opa habeo. Ostẽde mihi fidẽ tuã sine opib⁹. & ego ostẽdã tibi ex opib⁹ fidẽ meã. Tu credis qm̃ vn⁹ ẽ deꝰ. bñ facis. Et demones credũt & cõtremiscũt. Vis aũt scire o hõ ianis: qm̃ fides sine opib⁹ ociosa ẽ? Abrahã pr̃ nr̃ nonne ex opib⁹ iustificat⁹ ẽ. offerẽs ysaac filiũ suũ sup altare? Vides qm̃ fides coopabat opib⁹ illi⁹. & ex opib⁹ fides ꝓsũmata ẽ? Et suppleta ẽ scriptura dicẽs: Credid̃ abrahã deo & reputatũ ẽ illi ad iusticiã. & amic⁹ dei appellat⁹ ẽ Videt̃ qm̃ ex opib⁹ iustificat̃ hõ. & nõ ex fide tm̃? Sim̃r & raab meretrix: nõne ex opib⁹ iustificata ẽ suscipiens nũcios & alia via eiciens? Sic eni corpus sine spũ mortuũ est: ita fides sine opib⁹ mortua ẽ. VIII

Nolite plures mgri fieri frẽs mei scientes qm̃ maius iudiciũ sumim̃. In multis.n. offendim⁹ oĩes. Si qs in ỹbo nõ offendit. hic ꝑfectus ẽ vir. potest etiã freno circũducẽ totũ corpus. Si aũt equis frena in ora mittimus ad consentiendũ nobis oĩ corpus illor circũferim⁹. Et ecce naues cum magne sint & a ventis validis mineẽtur circũferunt̃ aũt a modico gubernaculo vbi impet⁹ dirigẽtis voluerit. Ita & lingua modicum quidẽ membrũ est & magna exaltat. Ecce quantus ignis q̃m magnã siluã incẽdit Et lingua ignis ẽ. vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris q̃ maculat totum corpus. & inflãmat rotã natiuitat̃ nr̃e inflãmata a gehenna. Omis.n. nã bestiarũ & volucrum & serpẽtiũ & ceteror domant & domita sũt a nã hũana linguã autẽ null⁹ hoiuz domare põt. Inq̃etũ malũ plena veneno mortifero. In ipa benedicim⁹ deum & patrẽ. & in ipa maledicimus hoies qui ad imaginem & similitudinẽ dei facti sunt. Ex ipso ore ꝓcedit bñdictio & maledictio. Nõ oportet frẽs mei hec ita fieri. Nũquid fons de eadẽ foramine emanat dulce & amarã aquã? Nũqd põt frẽs mei ficꝰ vuas facẽ: aut vitis ficus? Sic nec salsa dulce põt facere aquã Quis sapiẽs & disciplinat⁹ int̃ vos? Ostendat ex bona conuersatiõe operationẽ suã i mãsuetudine sapie. Q si zelũ amar̃ habet̃. & ꝓtẽtiões sint

in cordib⁹ vris:nolite gloriari ⁊ mēdaces eē aduersus veritatē. Non est enim ista sapiētia vrsū descendēs a patre luminū·ꝫ terrena aialis diabolica. Ubi.n.çelus ⁊ cōtentio·ibi inconstantia ⁊ oē opus prauū. Que aūt desursū est sapia·primū qdē pudica est. deinde pacifica·modesta·suadibilis: bonis psentiēs plena mia ⁊ fructibus bonis:iudicās sine simulatione. Fructus autem iusticie in pace seminat:facientibus pacē.

IIII

Vade bella ⁊ lites in vobis ? Nonne ex cōcupiscētijs vestris:que militāt in mēbris vris? Cōcupiscitis ⁊ non habetis:occidītis ⁊ çelatis:⁊ nō potestis adipisci. Litigatis ⁊ belligeratis ⁊ nō habet⁹ ꝓpē qđ nō postulatis. Petitis ⁊ non accipitis:eo q male petatis:ut i cōcupiscētijs vris insumatis. Adulteri:nescitis qa amicitia huius mūdi inimica ē dei? Quicūq; g voluerit amicus eē seculi hui⁹·inimic⁹ dei ꝓstituit. An putatis qa iane scriptura dicat:ad inuidiā cōcupiscit spūs q habitat i vob? Maiorē aūt dat gratiā. Propē qđ dicit. De⁹ superbis resistit humilib⁹ aūt dat gratiā. Subditi g estote deo. resistite aūt diabolo ⁊ fugiet a vob. Appiate deo ⁊ appropinqbit vobis. Emūdate manus peccatores. ⁊ purificate corda duplices animo. Miseri estote ⁊ lugete ⁊ plorate:risus vr in luctū ꝓuertat⁹ ⁊ gaudiū i merorē. Humiliamini i ꝓspectu dñi· ⁊ exaltabit vos. Nolite detrahere alterutr fres mei. Qui detrahit fri aut q iudicat frem suū:detrahit legi ⁊ iudicat legē. Si aūt iudicas legē: nō es factor legis·ꝫ iudex. Un⁹ ē.n.legislator ⁊ iudex:qui pōt perdere ⁊ liberare. Tu aūt qs es q iudicas primū tuū: Ecce nūc q dicit⁹·hodie aut cras ibimus in illā ciuitatem. ⁊ faciem⁹ ibi qdē annū ⁊ mercabimur ⁊ lucrū faciem⁹:q ignoratis qđ erit i crastinū. Que est.n. vita vra ? Vapor ē ad modicū parēs. ⁊ deinceps extermiabit⁹ ꝓ eo ut dicatis: si dñs voluerit ⁊ si vixerim⁹. faciem⁹ hoc aut illud. Nūc aūt exultatis in superbijs vris. Omis exultatio talis maligna ē. Sciēti igit bonū facere ⁊ nō facienti:peccatū est illi.

V

Agite nūc divites:plorate ululātes in miserijs vris q aduenient vobis. Diuitie vre putrefacte sūt ⁊ vestimēta vestra a tineis comesta sunt: Aurū ⁊ argētū vestū eruginauit. ⁊ erugo eor in testimoniū vobis erit. ⁊ mānducabit carnes vras sicut ignis. Thesaurizastis vob irā in nouissimis dieb⁹. Ecce merces operariorū q messuerunt regiōes vestras q fraudata ē a vobis clamat ⁊ clamor eor i aures dñi sabaoth introiuit. Epulati estis super terrā. ⁊ in luxurijs enutristis corda vestra. In die occisionis adduxistis ⁊ occidistis iustū. ⁊ non restitit vobis. Patientes igit estote frēs vsq ad aduentū dñi. Ecce agricola expectat pciosū fructum terre·patiēter ferens donec accipiat tēporaneū ⁊ serotinū. Patiētes igit estote ⁊ vos ⁊ confirmate corda vestra: qm aduentus dñi appropinquabit. Nolite ingemiscere frēs in alterutrū·ut nō iudicemini. Ecce iudex ante ianuā assistit. Exemplū accipite frēs exitus mali ⁊ longanimitatis ⁊ laboris ⁊ patientie ꝓphas·q locuti sūt in noie dñi. Ecce beatificamus eos q sustinuerunt. Sufferētiā iob audistis. ⁊ finē dñi vidistis: qm misericors est dñs ⁊ miserator: Ante oīa aūt fratres mei nolite iurare: neq; per celū neq; per terrā neq; aliud qđcūq; iuramētū. Sit aūt sermo vester·est est·nō nō:ut nō sub iudicio decidatis: Tristat⁹ autē aliquis vestrū: oret equo animo ⁊ psallat. Infirmat⁹ qs in vobis·inducat presbyteros ecclesie. ⁊ orent sup eū: vngentes eū oleo in noie dñi. Et oro fidei saluabit infirmū. ⁊ alleuiabit eū dñs. ⁊ si in pctis sit remittent ei. Cōfitemini g alterutr pcta vra. ⁊ orate p iuicē ut saluemini. Multū.n. valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis. ⁊ oratione orauit ut nō pluueret. super terrā. ⁊ nō pluit ānos tres ⁊ mēses sex. Et rursū orauit. ⁊ celū dedit pluuiā. ⁊ terra dedit fructū suū. Frēs mei·si qs ex vobis errauerit a veritate ⁊ conuerterit qs eū. scire debet qm q cōuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue:saluabit animā ei⁹ a morte. ⁊ operit multitudinē peccatorum.

Explicit epla bti Jacobi apostoli. Sequit argumentū in epistolam beati Petri primā.

Discipulos saluatoris inuictī toto orbe diffusos ⁊ peregrinos in hoc seculo monstrat. ⁊ preterite vite emitē suadet. ⁊ in nouam vitam proficere tota cū sollicitudine exhortatur symon petrus filius iohānis prouincie galilee vico bethsaida frater andree apostoli.

Explicit argumentum.

Incipit epla abti Petri apli ꝑma. Capꝫn I

Petrus apostolus ihu xpi electis aduenis di sperſiõis ponti galatie cappadocie aſie ⁊ bithynie ſm preſciam dei ꝓis i ſanctificationẽ ſpꝰs i obedictiã ⁊ aſperſionẽ ſanguis ihu xpi: grã vobis ⁊ pax multiplicet. Bñdictus dꝰ ⁊ pater dñi nri ihu xpi q ſm miſericordiã ſuã magnã regenerauit nos i ſpem viuã ꝑ reſurrectionẽ ihu xpi ex mortuis i hereditatẽ incorruptibilẽ ⁊ incõtaminatã ⁊ imarcelibilẽ ꝓſeruatã in celis: in vobis q in ꝫtute dei cuſtodimini ꝑ fidẽ in ſalutem paratã reuelari in tpe nouiſſimo. In q exultabitis modicũ nũc ſi oportet contriſtari in varijs tẽptationibus: ut ꝓbatio ſtre fidei multo pꝛecioſior ſit auro q̃ perignẽ ꝓbat inueniat in laudẽ ⁊ gliam ⁊ honorẽ in reuelatiõe ihu xpi: quẽ cũ nõ videritis diligitis. In quẽ nũc q nõ videtes creditis credẽtes aũt exultabitis leticia inenarrabili ⁊ glorificata: reportãtes finẽ fidei vre ſalutẽ aiaꝝ vraꝝ. De q̃ ſalute exq̃ſierũt atq̃ ſcrutati ſũt ꝓphe q de futura in vobis grã ꝓphetauerũt: ſcrutãtes i q̃ vel q̃le tẽpꝰ ſignificaret in eis ſpꝰs xpi ꝓnũciãs eas q̃ in xpo ſunt paſſiões ⁊ poſteriores glias. q̃b reuelatũ eſt q̃a nõ ſibimetipſis: vobis aũt miſtrabãt ea q̃ nũc nũciata ſũt vobis ꝑ eos q̃ euãgelizauerũt vobis ſpũ ſcõ miſſo de celo: in quẽ deſiderãt angeli ꝓſpicere. Propter q̃ ſuccincti lũbos mentis vre ſobrij perfecte ſpate i eã q̃ offerẽt vob gratiã in reuelationem ihu xpi. q̃ſi filij obedictie. nõ ꝓfigurati priorib⁹ ignorãtie vre deſideriis. ſed ſm eũ q vocauit vos ſcm: ut ⁊ ipſi i oi cõuerſatiõe ſci ſitis. q̃m ſcriptũ e: ſcieritis. q̃m ego ſũ. Et ſi patrẽ inuocatis eũ q̃ ſine acceptione ꝓſonaꝝ iudicat ſm vnuſcuiuſq̃ opus: in timore incolat vre tpe ꝓuerſamini: Sciẽtes q̃ non corruptibilib⁹ auro ul argẽto redẽpti eſtis de vana vra ꝓuerſatiõe patrne traditionis. ſ pcioſo ſanguine q̃ſi agni imaculati xpi ⁊ incõtaminati: ꝓcogniti q̃dẽ añ mũdi cõſtitutionẽ: manifeſtati aũt nouiſſimis tpib⁹ ꝓpter vos q ꝑ ipſũ fideles eſtis in deo: qui ſuſcitauit eũ a mortuis. ⁊ dedit ei gliã. ut fides vra ⁊ ſpes eẽt in deo. Alias vras caſtificãtes in obedientia caritatis in fraternitatis amore ſimplici ex corde inuicẽ diligite attenti: renati nõ ex ſemine corruptibili ſ incorruptibili ꝑ verbũ dei viui ⁊ ꝑmanẽtis in eternũ. q̃a oĩs caro ut fenũ ⁊ oĩs glozia eius tã q̃ flos feni. Exaruit fenum ⁊ flos eius decidit: ꝫbũ aũt dñi manet in eternũ. Hoc e aũt ꝫbũ q̃ euãgelizatũ e in vos.

II

Deponẽtes igit oẽm malitiã ⁊ omnẽ dolũ ⁊ ſimulatiões ⁊ inuidias ⁊ oẽs detractatiões: ſic modo geniti infantes racionabiles ⁊ ſine dolo lac cõcupiſcite ut in eo creſcatis in ſalutẽ: ſi tñ guſtatis: q̃ñ dulcis e dñs. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuũ ab hoib⁹ q̃dẽ reprobatũ. a deo aũt electũ ⁊ honorificatũ. ⁊ ipſi tã q̃ lapides viui ſuper edificami domos ſpuales i ſacerdotiũ ſcm offerẽtes ſpiritales hoſtias acceptabiles deo ꝑ ihm xpm. Propter q̃d continet ſcriptura. Ecce pono in ſyon lapidẽ ſũmũ angularẽ ꝓbatũ electũ pcioſũ. ⁊ q credident in eũ non cõfũdet. Vobis igit honor credẽtib⁹: nõ credẽtib⁹ aũt lapis quẽ reprobauerũt edificantes hic fact⁹ e in caput anguli. ⁊ lapis offensionis ⁊ petra ſcãdali his q̃ offẽdũt ꝫbo nec credũt in quo ⁊ poſiti ſũt. Vos aũt gen⁹ electũ. regale ſacerdotiũ. gens ſcã. pls acq̃ſitionis: ut ꝫtutes ãnũcietis eius q̃ de tenebris vos vocauit i ãmirabile lumẽ ſuũ. Qui aliq̃n nõ pls dei. nũc aũt pls dei: q̃ nõ cõſecuti miſericordiã. nũc ãt miſericordiã ꝓſecuti. Cariſſimi obſecro vos tã q̃ aduenas ⁊ pegrinos abſtinere vos a carnalib⁹ deſideriis q̃ militãt aduerſus aiam. cõuerſatiõe vram inter gẽtes bñtes bonã: ut in eo q̃ detractãt de vob tanq̃ de malefactorib⁹: ex bonis op⁹ vos cõſiderãtes glorificent deũ in die viſitationis. Subiecti igitur eſtote oi hũane creature ꝓpter deũ. Sive regi q̃ſi ꝓcellẽti. ſive ducibus tanq̃ ab eo miſſis ad vindictam malefactorũ. laudẽ vo bonorũ. Quia ſic e voluntas dei ut bñ facientes obmutescere faciatis imprudẽtiũ hoiũ ignorantiã. Quaſi liberi ⁊ nõ q̃ſi velamẽ hñtes malitie libertatẽ. ſ ſic ſerui dei. Oẽs bonorate: fraternitatẽ diligite. Deũ timete. regẽ honorificate. Serui ſubditi eſtote in oi timore dominis. nõ tñ bonis ⁊ modeſtis. ſed etiã diſcolis. Hec eſt. n. grã ſi ꝓpter dei cõſciam ſuſtinet quis triſticias patiens iniuſte. Que. n. eſt grã: ſi peccantes ⁊ colaphizati ſuffertis? Sed ſi bñ facientes patiẽter ſuſtinetis: hoc e grã apud deũ. In hoc

enī vocati estis: qa ⁊ xps passus ē p nob: vob relinquēs exemplū ut sequamini vestigia eius. Qui pctm nō fecit: nec inuent⁹ ē dol⁹ in ore eius. Qui cū malediceretur nō maledicebat cū pateret nō cōminabat. Tradebat aūt iudicāti se iuste. Qui pctā nra ipe ptulit i corpore suo sup lignū ut pctis mortui iusticie viuamus: cui⁹ liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errātes. ⁊ puersi estis nunc ad pastorē ⁊ episcopū animarū vestrarū

III

Similiē ⁊ mulieres subdite sint viris suis: ut ⁊ si q nō credūt ꝙbo per mulierū cōuersationē sine ꝙbo lucrifiant: cōsiderātes in timore sanctā cōuersationē vestrā. Quarū sit nō extrinsecus capillatura aut circūdatio auri aut indumenti vestimentorū cultus: ⁊ q absconditus ē cordis homo i incorruptibilitate q̄eti ⁊ modesti spiritus q ē in ꝓspectu dī locupl'. Sic.n. aliq̄n ⁊ scē mulieres sperātes in deo ornabāt se subiecte ꝓpriis viris, sicut sara obediebat abrahe. dñm eū vocans: cuius estis filie bñ facientes. ⁊ nō ptimentes vllam pturbationē. Viri siliter cohabitātes ꝟm scientiā. q̄si infirmiori vasculo muliebri impartientes honorē tanq̄ coheredibus grē vite: ut non impediantur orationes vestre. In fide autē oēs vnanimes. cōpatientes. fraternitatis amatores misericordes. modesti. bēnles. nō reddentes malū ꝓ malo. nec maledictū ꝓ maledicto. ⁊ econtrario benedicētes: qa in hoc vocati estis: ut bēdictionē hereditate possideat⁹. Qui enī vult vitam diligere ⁊ dies videre bonos: coerceat linguam suam a malo ⁊ labia eius ne loquantur dolum. Declinet aūt a malo ⁊ faciat bonū inq̄rat pacē ⁊ sequat eā. qa oculi dñi sup iustos. ⁊ aures ei⁹ in pces eor: vult⁹ aūt dñi sup facientes mala. Et q̄s ē q̄ vob noceat: si boni emulatores fueritis? Sz ⁊ si qd patimi ꝓpter iusticiā: beati. Timorē autē eor ne timueritis ut nō cōturbemini. Dñm aūt xpm sanctificate i cordib⁹ vris: parati semp ad satisfactionē oi poscēti vos rationē de ea q̄ vob ē spe: ⁊ cū modestia ⁊ timore ꝓsciam bonā. ut in eo q̄ detrahūt de vob ꝓinde aī q̄ calūniāt vestrā bonā i xpo cōuersationē. Melio⁹ ē.n. ut bñ facientes si volūtas dei velit pati q̄ male facientes: qa ⁊ xps semel ꝓ peccatis nris mortu⁹ est iustus ꝓ iustis. ut nos offerret deo. mortificatos q̄dē carne: viuificatos aūt spū. In q̄ ⁊ his q̄ i carcere erāt spiritu veniēs p̄dicauit. q̄ incredituli fuerāt aliq̄n q̄n expectabant dei patiētiam in diebus noe cū fabricaret archa: in qua pauci id est octo aie salue facte sūt p aquā. Quod ⁊ vos nūc similis forme saluos facit baptisma: nō carnis depositio sordiū: sed ꝓscie bone interrogatio in deū: per resurrectionē ihū xpi a mortuis q̄ ē in dextera dei: deglutiēs mortē ut vite eterne heredes efficeremur: ꝓfectus in celū subiectis sibi angelis ⁊ potestatib⁹ ⁊ ꝓtutibus.

IIII

Christo igit passo i carne: ⁊ vos eadē cogitatione armamini: qa qui passus est in carne. desijt a peccatis: ut nō iā desideriis hoīum. sed voluntati dei quod reliquū est in carne viuat tempore. Sufficit enī preteritū tēpus ad voluntatē gentiū cōsummādā his q̄ ambulauerunt in luxurijs. desideriis. vinolentijs cōmessationib⁹. potationibus: ebrietatibus. ⁊ illicitis idolor⁹ cultib⁹. In quo āmirant⁹ nō concurrētibus vobis in eandem luxurie confusionē blasphemantes: qui reddēt rationē ei q̄ paratus est iudicare viuos ⁊ mortuos. Propter hoc. n. ⁊ mortuis euāgelizatū est: ut iudicent⁹ quidem ꝟm homines in carne: viuāt aūt ꝟm deū in spiritu. Oium aūt finis appropinq̄bit. Estote itaq̄ prudentes ⁊ vigilate i orōnibus: ante oia aūt mutuā in vobismetipsis caritatē cōtinuā hētes: qa caritas operit multitudinē pctōr. Hospitales inuicē: sine murmuratione. Unusq̄sq̄ sicut accepit grām. in alterutr illā āministrātes: sicut boni dispensatores multiformis grē dei. Si q̄s loq̄t: q̄si sermones dei. Si q̄s ministrat tāq̄ ex virtute quā āministrat deus: ut in oib⁹ honorificet⁹ deus p ihm xpm: cui⁹ ē gloria ⁊ imperiū i secula seculorū. amen. Carissimi. nolite pegrinari i feruore q̄ ad tēptationē vobis fit q̄si noui aliq̄d vob cōtingat: sed coicātes xpi passiōib⁹ gaudete ut ⁊ i revelatione glorie ei⁹ gaudeat⁹ exultantes. Si exprobramini in nomine xpi beati eritis: qm̄ q̄ dē honoris glie. ⁊ virtutis dei. ⁊ q̄ ē ei⁹ spūs sup vos requiescit. Nemo aūt vrm patiat⁹ q̄si homicida aut fur aut maledict⁹ aut alienor appetitor. Si aūt ut xpianus: nō erubescat: glorificet aūt deum in isto nomine: qm̄ tēp⁹ est ut incipiat iudicium a domo dei. Si aūt ꝓmū a nob: q̄s finis eor q̄ nō credūt dei euangelio? Et si iustus q̄dem vix saluabit⁹: impius ⁊ pctōr: vbi parebunt?

Itaq; vbi q̄ patiunt ꝑm volūtatē dei fideli creatori cōmendēt aias suas i bñ facti. V

Seniores g̃ q̄ in vobis sūt obsecro cō senior & testis xpi passionū: qui & ei⁹ q̄ in futuro revelanda ē: glorie coīca tor. Pascite q̄ in vobis est gregē dei: puidentes nō coacte ſ̄ spōtanee ꝑm deū neq; turpis lucri grā ſ̄ voluntarie: neq; ut dñantes in cleris: ſ̄ forma facti gregis ex aīo. & cū apparuerit ꝓnceps pastor⁹ pcipietis īmarcessibilem glie coronam. Sic & adolescētes subditi estote seniorib⁹. Oēs. n. invicē humilitatē īsinuate: q̄a dñs superbis resistit: humilib⁹ aūt dat gratiam. Humiliamini igit sub potēti manu dei: ut vos exaltet in tpe visitatiōis: oēm sollicitudinē vrām ꝓjcientes i eū qm ipsi cura est de vobis. Sobrij estote & vigilate q̄a aduersari⁹ vester diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit: querens quē devoret. Cui resistite fortes in fide scientes eandē passionē ei q̄ in mundo est vre fraternitati fieri. De⁹ aūt omnis gre q̄ vocauit nos in eternā suā glām in xpo ihu modicū passos: ipse pficiet cōfirmabit solidabit cq̄. Ipsi gloria & iperiū: in secula seculorum amē Per siluanū fidelē frēm vobis ut arbitror breuiter scripsi: obsecrās & ptestans hāc ee vērā grām dei in qua statis. Salutat vos ecclia q̄ est in babylone collecta. & marcus filius me⁹ Salutate invicem in osculo sancto. Gratia vob̄ omnibus q̄ estis in xpo ihu. Amen.

Explicit epla beati Petri apli ꝑma. Incipit argumentū in eplam secundam.

Simon petrus ꝑ fidē huic mūdo sapientes mortuos ee declarat: eisdemq; pietatis quanta sit magnitudo: luce ipsa clarius manifestat.

Explicit argumentū: Incipit epla secūda beati Petri apli. Caplm. I

Simon petrus seru⁹ & apls ihu xpi his q̄ coeqlem nobiscū sortiti sūt fidem i iusticia dei nostri & saluatoris ihu xpi: grā vob̄ & pax adimpleatur in cognitiōe dei & xpi ihu dñi nostri. Quō oia nobis diuine virtut⁹ sue que ad vitam & pietatē donata sunt ꝑ cognitionē eius qui vocauit nos, ꝓpria glia & virtute: ꝑ quem maxima & pciosa nobis ꝓmissa donauit: ut p hoc efficiamini dine ꝓsortes nature: fugientes eius que in mundo est concupiscentie corruptionem. Vos aūt curam oēm subinferentes ministrate in fide vestra virtutem: in ꝓtute autem sciam: in scia autem abstinentiā: in abstinentia autem patientiā: in patientia aūt pietatē: in pietate aūt amorē fraternitatis: i amore aūt fraternitat⁹ caritatem. Hec enim si vobiscum assint & superēt: nō vacuos nec sine fructu vos cōstituēt in dñi nostri ihu xpi cognitione. Cui enim nō presto sūt hec cecec⁹ est & manu temptās: obliuionē accipiēs purgationis veteꝝ suorum delictoꝝ. Qua ꝓpter frēs magis satagite: ut p bona opa certā vestram vocationem & electionem faciat⁹. Hec n. faciētes nō peccabit⁹ aliqñ. Sic. n. abūdanter mīstrabit⁹ vob introit⁹ in eternū regnū dñi & saluatoris nostri ihu xpi. Propē quod vos incipiā semp cōmonere de his: & q̄dem scientes & ꝓfirmatos vos in pñti ꝓtate. Justum āt arbitror q̄diu sum in h̄ tabernaculo suscitare vos i cōmonitione: certū⁹ q; velox est repositio tabernaculi mei: sm q̄ & dñs noster ihs xps significauit mihi. Dabo aūt opam & frequenter habere vos post obitū meū: ut horum oīum memoriā faciat⁹. Nō. n. doctas fabulas secuti notam fecim⁹ vobis dñi nostri ihu xpi ꝓtutem & ꝓscietiam: ſ̄ speculatores facti illi⁹ magnitudinis. Accipiens enim a deo patre honorē & gloriam voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria: hic est fili⁹ meus dilectus i quo mihi complacui: ipsum audite. Et hāc vocem nos audiuimus de celo allatā: cum essemus cū ipso i monte scō. Et habemus firmiorem ꝓphēticū sermonem cui bñ faciet⁹ attendētes quasi lucerne lucenti i caliginoso loco donec dies eluescat & lucifer oriat⁹ i cordibus vestris: hoc primū intelligētes q̄ omis ꝓphīa scripture, ꝓpria interꝓpretatiōe nō fit Nō. n. voluntate humana allata ē aliqñ, ꝓphīa ſ̄ spū scō inspirati locuti sunt sci dei homines. II

Fuerunt ꝓphe & pseudoꝓphete in ꝓplo sicut & in vobis erunt magistri mendaces: q̄ introducent sectas perditiōis: & eum qui emit eos dominum negant: superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias: per quos via veritat⁹ blasphemabitur. & in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur. Cui⁹ iudicium iā olim nō cessat. & perditio eorum non dormitat. Si enī deus angelis peccātib⁹ nō pepcit ſ̄ rudentibus inferni detractos i tartarum tradidit cruciandos in iudiciū reseruari: & originali

mūdo nō ꝓpcit·ē octauū noe iusticie ꝓconē
custodiuit diluuiū mūdo impioꝝ inducens.
7 ciuitates sodomoꝝ 7 gomorreoꝝ in cinerē
redigēs euersione damnauit·exemplū eoꝝ q̄
impie acturi sunt ponēs.7 iustū lotb oppressū
a nephandoꝝ iniuria ac luxuriosa ꝙuersatiōe
eripuit. Aspectu.n.7 auditu iustus erat:habi
tans apud eos q̄ de die in diem aīam iustam
iniq̄s opib⁹ cruciabāt. Nouit de⁹ pios de tēp
tatiōe eripere:iniquos ꝯo in diem iudicij re
seruare cruciandos. Magis autē eos q̄ post
carnē in ꝓcupiscentia īmūditie ambulant·do
minationēq̄ ꝓtēnūt:audaces·sibi placentes
sectas nō metuūt introducere blasphemātes
Ubi angeli fortitudine 7 ꝓtute cū sint maio
res:nō portant aduersum se execrabile iudi
cium. Di ꝯo uelut irrationabilia ꝓcoza natu
raliter in captionem 7 in pnitiē in bis q̄ igno
rāt blasphemātes in corruptione sua pibūt:
ꝓcipiētes mercedem iniusticie. Uoluptatem
existimātes diei delitias coinq̄natiōis 7 ma
cule·delitijs affluētes·i conuiuijs suis luxu
riantes vobiscum:oculos bñtes plenos adul
terij 7 incessabiles delicti:pelliciētes aīas in
stabiles:coꝝ exercitatū i auaritia bñtes·ma
ledictiōis filij:derelinquentes rectam viam
errauerūt secuti viam balaam ex bosoꝝ: qui
mercedem iniq̄tatis amauit:corrreptionē ꝯo
babuit sue demie. Subiugale mutū aīal in
hominis voce loquēs :pbibuit ꝓphete insipiē
tiam. Di sunt fontes sine aqua.7 nebule tur
binib⁹ exagitate quibus caligo tenebrarū re
seruat. Superbia enim vanitatis loq̄ntes pel
liciūt i desideriis carnis luxurie eos q̄ paulu
lum effugiūt·q̄ in errore conuersati libertatē
illis pmittētes cū ipsi serui sint corruptionis
A q̄ enim q̄s superat⁹ est:huius 7 seru⁹ est. Si
enim refugiētes coīquinatiōes mūdi i cogni
tiōe dñi nostri 7 saluatoris ihu xpi. his rur
sus implicati superant:facta sunt eis posteriora
deteriora prioribus. Melius.n.erat illis nō
cognoscere viā iusticie:q̄ post agnitionē re
trorsū auerti ab eo qđ illis traditū ē scō mā
dato. Contigit.n.eis illud veri ꝓuerbij. Ca
nis reuersus ad suum vomitum: 7 sus lota i
volutabro luti.

III

Hanc ecce vobis carissimi secūdā scri
bo epl̄am in q̄b⁹ destram excito in cō
monitionē sincerā mentē·ut memo
res sitis eoꝝ q̄ pdicti dertoꝝ a sanctis ꝓphetis
7 apl̄oꝝ vroꝝ ꝓceptoꝛe dñi 7 saluatoꝛis. Hoc
pmū scientes q̄ deniēt in nouissimis dieb⁹ in
ceptiōe illusores iuxta ꝓprias ꝙcupiscētias
ambulantes·dicētes: Ubi est ꝓmissio aut ad
uent⁹ eius? Ex q̄ .n. prēs dormierunt·oia sic ꝑ
seuerāt ab initio creature. Latet.n. eos hoc
volentes·q̄ delierant ꝓius.7 tra de aq̄.7 ꝑ
aquā ꝓsistens dei ꝙbo:ꝑ q̄ ille tūc mūdus aq̄
mundat⁹ perijt. Celi aūt q̄ nūc sunt 7 tra eo
dē ꝙbo reposite sunt igni seruati in die iudicij
7 pditiōis impioꝝ hoīum. Unū ꝯo hoc nō la
teat vos carissimi:q̄a vn⁹ dies apud dñm sic
mille ānī.7 mille ānī sicut dies vn⁹. Nō tar
dat dñs pmissionē suā·sicut q̄dam existimāt
sed patienter agit ꝓpter vos:nolens aliq̄s pire
ꝑ cēs ad pniam reuerti. Aduenit autē dies
dñi ut fur:in quo celi magno impetu transiēt
elementa ꝯo caloze soluent:terra aūt 7 que i
ipsa sunt opa exurent. Cum igit hec oia dis
soluenda sint quales oportet vos esse in sanctis
ꝙuersationibus 7 pietatibus expectantes 7 ꝓ
perantes in aduentum diei dñi:ꝑ quem celi
ardentes soluent.7 elemēta ignis ardore ta
bescent? Nouos ꝯo celos 7 nouam terram 7
pmissa ipsius expectamus·in quibus iusticia
habitat. Propter quod carissimi hec expectā
tes·satagite imaculati 7 inuiolati ei inueniri
in pace.7 dñi nostri ihu christi longanimita
tem salutem arbitramini· sicut 7 carissimus
frater noster paulus ſm datam sibi sapienti
am scripsit vobis:sicut 7 in omnibus episto
lis·loquens in eis de bis·in quibus sunt que
dam difficilia intellectu·que indocti 7 insta
biles deprauant·sicut 7 ceteras scripturas:
ad suam ipsorum perditionem. Uos igit frēs
ꝓsciētes custodite ne insipientiū errore trans
ducti excidat⁊ a ꝓpria firmitate. Crescite ꝯo
in gratia 7 in cognitiōe dñi nostri 7 saluato
ris ihu xpi. Ipsi gloria 7 nunc 7 in die et
nitatis. Amen.

¶ Explicit epl̄a beati Petri apostoli secūda.
Incipit argumentum in epistolam beati Jo
bannis apostoli primam.

Dationem verbi 7 q̄ deus ipe sit cari
tas manifestat.7 insurrōes fratrū:
nec deum scire·nec pios fieri posse·eo
vsq̄ disserat ut eē comprobet homicidas.eo
q̄ odiū sit interfectiōis occasio.

¶ Incipit epistola beati Johannis apostoli
prima. Capitulum. I

Quod fuit ab initio quod audiuimus · quod vidimus oculis nostris · quod ꝑspeximꝰ · ⁊ manꝰ nostre ꝓtrectauerunt de verbo vite. ⁊ vita manifestata ē: ⁊ vidimus ⁊ testamur ⁊ annunciamꝰ vobis vitā eternam · que erat apud pr̄em · ⁊ apparuit nobis. Quod vidimꝰ ⁊ audiuimus · annunciamꝰ vobis: ut ⁊ vos societatē habeatis nobiscū: ⁊ societas nostra sit cum patre ⁊ cū filio eius ihū xp̄o. Et hec scribimꝰ vobis · ut gaudeatꝫ ⁊ gaudiū vr̄m sit plenū. Et ꝫ ē annūciatio quā audiuimꝰ ab eo ⁊ annūciamꝰ vobis: qm̄ deus lux est: ⁊ tenebre in eo nō sunt vlle. Si dixerimus qm̄ societatē hēmus cū eo. ⁊ in tenebris ambulamꝰ: mentimur ⁊ ꝟitatē nō facimꝰ. Si aūt in luce ābulamꝰ sicut ⁊ ipe ē i luce societatē hēmus ad iuicē: ⁊ sanguis ihū xp̄i filij eiꝰ emūdat nos ab oi pctō. Si dixerimꝰ: qm̄ pctm̄ nō habemus: ipsi nos seducimus ⁊ veritas in nobis nō est. Si ꝓfiteamur pctā nr̄a: fidelis est ⁊ iustꝰ ut remittat nobis pctā nr̄ā ⁊ emūdet nos ab oi iniq̄tate. Si dixerimus · qm̄ nō peccauimus: mēdacem facimus eū: ⁊ verbum eius nō est in nobis. II

Filioli mei · hec scribo vobis ut nō peccetis. Sz ⁊ si qs peccauerit: aduocatū habemus apud patrē ihm xp̄m iustū Et ipe est ꝓpiciatio ꝓ pctis nostris: nō ꝓ nr̄is autem tm̄ · ꝫ etiā ꝓ toti mundi. Et in hoc scimus qm̄ cognouimus eum: si mādata eiꝰ obseruemus. Qui dicit se nosse eum. ⁊ mādata eius nō custodit: mendax est: ⁊ i hꝫ veritas nō est. Qui aūt seruat verbū eius · vere in hoc caritas dei pfecta est. In hoc scimus qm̄ in ipo sumus. Qui dicit se in xp̄o manere: debet sicut ille ambulauit. ⁊ ipse ambulare. Karissimi · nō mādatum nouū scribo vobis: ꝫ mādatum vetus quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est: verbum qđ audistis. Iterū mandatū nouum scribo vobis qđ vr̄ est ⁊ in ipo ⁊ in vobis: qa tenebre trāsierunt. ⁊ vr̄a lumē iā lucet. Qui dicit se i luce ee. ⁊ frem suū odit: in tenebris est vsq̄ ad hc. Qui diligit frem suū: i luce manet. ⁊ scandalū in eo nō ē. Qui aūt odit frem suū: in tenebris est. ⁊ in tenebris ambulat ⁊ nescit quo eat: qa tenebre obcecauerunt oculos eiꝰ. Scribo vobis filioli qm̄ remittunt vobis pctā ꝓpter nomen eius. Scribo vobis pres qm̄ cognouistis eum q̄ ab initio ē. Scribo vobis adolescētes: qm̄ vicistis malignū. Scribo vob infantes: qm̄ cognouistis pr̄em. Scribo vob iuuenes: qm̄ fortes estis ⁊ verbū dei manet in vobis: ⁊ vicistis malignum. Nolite diligere mundū: neq̄ ea que i mūdo sunt: Si qs diligit mundū: nō est caritas pr̄is in eo. Qm̄ oe qđ est in mundo: concupiscentia carnis est. ⁊ ꝓcupiscētia oculoꝝ: ⁊ superbia vite q̄ nō est ex pr̄e · ꝫ ex mūdo ē. Et mūdus trāsit ⁊ ꝓcupiscētia ei. Qui aūt facit voluntatē dei: manet i eternū. Filioli · nouissima hora est. Et sicut audistis q̄a antixp̄us venit: nūc antixp̄i multi facti sunt. Unde scimꝰ q̄a nouissima hora ē. Ex nob ꝓdierūt: ꝫ nō erāt ex nob. Nā si fuissēt ex nob ꝑmāsissent vtiq̄ nobiscum. Sz ut manifesti sint · qm̄ nō sunt oēs ex nobis. Sz vos vnctionē habetis a sancto ⁊ nostis omnia. Nō scripsi vob q̄si ignorātibus ꝟitatem: ꝫ q̄si scientib eam: ⁊ qm̄ omne mendaciū ex ꝟitate nō est. Quis est mēdax nisi is q̄ negat qm̄ ihs nō est xp̄s? Hic ē antixp̄s q̄ negat patrem ⁊ filiū. Qis q̄ negat filium: nec patrem habet: q̄ ꝓfitet filium: ⁊ patrem habet. Vos qđ audistis ab initio · i vobis ꝑmaneat: qđ si in vob ꝑmanserit qđ audistis ab initio. ⁊ vos in filio ⁊ patre manebitis. Et hec est repromissio quā ipse pollicitus est nob vitam eternam. Hec scripsi vobis de his q̄ seducūt vos. Et vos vnctionē quā accepistis ab eo maneat in vob. Et nō necē habetis ut aliquis doceat vos: ꝫ sicut vnctio eiꝰ docet vos de oibus. Et vr̄a est. ⁊ nō est mēdaciū. Et sicut docuit vos manete in eo. Et nūc filioli manete i eo · ut cū apparuerit habeamꝰ fiduciā. ⁊ nō cōfundamur ab eo i aduētu eius. Si scitis qm̄ iustus est · scitote qm̄ ⁊ omnis qui facit iusticiam · ex ipso natus est. III

Videte qualem caritatem dedit nobis pater ut filij dei nominemur ⁊ simus ꝓpter hoc mundus nō nouit nos: quia nō nouit eum. Karissimi · nūc filij dei sumus. ⁊ nōdum apparuit quid erim̄. Scimꝰ qm̄ cum apparuerit similes ei erim̄ · qm̄ videbimꝰ eum sicuti est. ⁊ oīs q̄ habet hanc spem i eo · scificat se sicut ⁊ ille scūs est. Qis q̄ facit pctm̄. ⁊ iniquitatem facit. Et peccatū est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit ut peccata tolleret. ⁊ pctm̄ in eo nō est. Omnis q̄ in eo manet non peccat. Et qis qui peccat nō vidit

eū nec cognouit eū. Filioli nemo vos seducat. Qui facit iusticiam iustus est: sicut ille iustus ē. Qui facit pctū ex diabolo est: qm̄ ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei: ut dissoluat opa diaboli. Omis q̄ natus est ex deo pctū nō facit: qm̄ semē ipsi⁹ in eo manet. 7 nō pōt peccare: qm̄ ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei 7 filij diaboli. Omis q̄ nō est iust⁹ nō ē ex deo. 7 q̄ non diligit fratrē suū. Qm̄ hec ē annūciatio quam audistis ab initio ut diligam⁹ alterutrum. Nō sic cayn q̄ ex maligno erat. 7 occidit frēm suū. Et ꝓpē quid occidit eū? Qm̄ opa ei⁹ maligna erāt: frīs aūt ei⁹ iusta. Nolite mirari frēs si odit vos mūdus. Nos scim⁹ qm̄ trāslati sum⁹ de morte ad vitā: qm̄ diligim⁹ frēs. Qui nō diligit: manet in morte. Omis q̄ odit fratrem suum homicida ē. Et scit⁹ qm̄ omis homicida nō habet vitā eternā in se manentē. In hoc cognouimus caritatē dei: qm̄ ille aiam suā ꝓ nobis posuit: 7 nos debem⁹ ꝓ frib⁹ aias ponē. Qui habuerit substantiam huius mūdi. 7 viderit fratrē suū necesse habere. 7 clauserit viscera sua ab eo: quō caritas dei manet in eo? Filioli mei: nō diligam⁹ ꝓximo nec lingua: sē ope 7 ꝓitate In hoc cognoscim⁹ qm̄ ex veritate sum⁹. 7 in ꝓspectu ei⁹ suadebim⁹ cordā nr̄a. Qm̄ si reprehenderit nos cor nr̄m: maior est deus corde nr̄o. 7 nouit oīa. Carissimi si cor nr̄m nō reprehenderit nos: fiduciam hēm⁹ ad deū 7 q̄cq̄d petierim⁹ accipiem⁹ ab eo: quia mādata ei⁹ custodim⁹. 7 ea q̄ sunt placita cora eo facimus Et hec ē mandatū ei⁹ ut credam⁹ in nōie filij ei⁹ ihu xpi. 7 diligam⁹ alterutr̄ sicut dedit mādatum nob. Et q̄ seruat mādata ei⁹ in illo manet. 7 ipse in eo. Et in hoc scimus: qm̄ manet in nob de spū quē dedit nobis.

IIII

Carissimi nolite oi spūi credē: sed probate spūs si ex deo sint: qm̄ multi pseudoꝓphete exierūt in mundū. In hoc cognoscitur spūs dei. Omis spūs q̄ confitet ihm xp̄m in carne venisse ex deo est. Et ois spūs qui soluit ihesum ex deo nō est: 7 hic est antixp̄s de quo audistis qm̄ venit. 7 nunc iam in mundo est. Vos ex deo estis filioli. 7 vicistis eū qm̄ maior ē qui in vobis est: q̄ q̄ in mūdo. Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquunt⁹ 7 mūdus eos audit. Nos ex deo sum⁹. Qui nouit deum audit nos: qui non est ex deo non audit nos. In hoc cognoscimus spūm veritat⁹ 7 spūm erroris. Carissimi diligamus nos inuicem: q̄a caritas ex deo est. Et ois q̄ diligit ex deo natus est: 7 cognoscit deum. Qui nō diligit nō nouit deū: qm̄ de⁹ caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nob: qm̄ filiū suū vnigenitum misit deus in mundum ut viuamus ꝑ eum. In hoc est caritas nō quasi nos dilexerim⁹ deum. sed qm̄ ipse prior dilexit nos 7 misit filiam suū ꝓpitiationem ꝓ peccat⁹ nostris. Carissimi si deus dilexit nos. 7 nos debemus alterutrum diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si diligam⁹ inuicem deus in nob manet. 7 caritas eius in nobis pfecta est. In hoc cognoscimus qm̄ in eo manemus. 7 ipse in nobis: qm̄ de spiritu sancto suo dedit nobis. Et nos vidimus 7 testificamur: qm̄ pater misit filium suū saluatorem mundi. Quisquis cōfessus fuerit qm̄ ihs est filius dei: de⁹ in eo manet. 7 ipse in deo. Et nos cognouim⁹ 7 credidim⁹ caritati quam habet deus in nobis. Deus caritas est. 7 qui manet in caritate in deo manet. 7 de⁹ in eo. In hoc pfecta est caritas dei nobiscū: ut fiduciā habeam⁹ in die iudicij: quia sicut ille est. 7 nos sum⁹ in hoc mūdo. Timor nō est in caritate: sed pfecta caritas foras mittit timorē: qm̄ timor pnām hz. Qui aūt timet nō ē pfectus in caritate. Nos ḡ diligam⁹ deū qm̄ de⁹ ꝓior dilexit nos. Si q̄s dixerit qm̄ diligo deū. 7 frēm suū oderit: mēdax ē. Qui. n. nō diligit frēm suum quē videt: deū quē nō videt quō pōt diligē? Et hoc mandatū hem⁹ a deo: ut qui diligit deū diligat 7 frēm suū.

V

Omis q̄ credit qm̄ ihs ē xp̄s: ex deo natus est. Et omis q̄ diligit eū qui genuit: diligit eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus qm̄ diligim⁹ natos dei: cum deum diligamus 7 mandata ei⁹ faciamus. Hec est enim caritas dei ut mandata eius custodiamus. 7 mandata ei⁹ grauia non sunt. Qm̄ omne quod natum est ex deo vincit mundum: 7 hec est victoria q̄ vincit mundū: fides nostra. Quis est aut̄ q̄ vincit mūdum: nisi qui credit qm̄ ihs est filius dei: hic est qui venit ꝑ aquam 7 sanguinem ihs xp̄s. Nō in aqua solum: sed in aqua 7 sanguine. Et spūs est qui testificat: qm̄ xp̄us est veritas. Qm̄ tres sunt q̄ testimonium dant in celo: pater verbum. 7 spiritus sanctus. 7 hi tres vnum sunt. Et tres sunt q̄ testimonium dāt in terra: spiritus aqua 7 sanguis. 7 hi tres

vnū sūt. Si testimoniū hoīz accipimus testimoniū dei maius ē. Quīa hoc ē testimoniū dei quod maius est: quīa testificatus ē de filio suo. Qui credit in filiū dei habet testimoniū dei in se. Qui nō credit filio mendacem facit eū: qa nō credit in testimonio q̄ testificatus est deus de filio suo. Et hoc ē testimoniū: quīa vitam eternā dedit nobis deus. Et hec vita in filio eius est. Qui habet filiū dei habet vitam: q̄ non habet filium dei vitam nō habet. Hec scripsi vobis ut sciatis quīa vitā habetis eternā: q̄ creditis in noīe filij dei. Et hec ē fiducia quā habemus ad deū: qa q̄cūq; petierimus sm voluntatem eius audit nos. Et scimus: qa audit nos quidquid petierimus. Scimus: quīa habemus petitiones q̄s postulamus ab eo. Qui scit fratrē suū peccare peccatū nō ad mortē: petat et dabit ei vita peccā ei nō ad mortē. Est peccm quīa ad mortē non pro illo dico ut roget q̄s. Omis iniq̄tas peccm est et est peccm ad mortem. Scimus: qa oīs qui natus ē ex deo nō peccat: sed generatio dei cōseruat eū. et malign⁹ nō tanget eū. Scim⁹: quīa ex deo sum⁹. et mūd⁹ tot⁹ in maligno positus est. Et scim⁹: quīa filius dei venit et dedit nobis sensum ut cognoscamus verū deū. et sim⁹ in vero filio eius. Hic est verus deus. et vita eterna. Filioli: custodite vos a simulacris.

¶ Explicit epla btī Iohānis apli pma. Incipit argumentū in eplam eiusdem secundā.

Dspadeo ad sanctā feminā scribit: ut eamdē dīam nō dubitet lris appellare: eiusdemq; filijs testimoniū p ambulēt in veritate perbibet.

¶ Explicit argumentū. Incipit epla beati Iohannis apostoli secunda Caplm I

Senior: electe dīce et natis ei⁹ quos ego diligo in veritate. et non ego solus: sed et omnes q̄ cognouerūt veritatē. propter veritatē que permanet in vobis: et vobiscū erit in eternū. Sit vobiscū grā misericordia pax a deo patre: et a dño ihesu filio patris in veritate et caritate Gauisus sum valde quīa inueni de filijs tuis ambulātes in veritate sicut mandatū accepimus a patre. Et nunc rogo te domina nō tanq̄ mandatū nouū scribens tibi: sed quod habuimus ab initio ut diligamus alterutrū Et hec ē caritas ut ambulem⁹ sm mādata ei⁹ Hoc. n. est mādatū: ut quēadmodū audistis ab initio in eo ābulet: quīa multi seductores exierūt in mūdū q̄ nō cōfitent ihm xpm venisse in carnē. Hic ē seductor et antixps. Videte vosmetipsos ne perdat q̄ operati estis: sed ut mercedē plenā accipiatis. Omis qui procedit et nō pmanet in doctrina xpi deū nō habet. Qui pmanet in doctrina: hic patrē et filiū habet Si q̄s venit ad vos et hanc doctrinā non affert: nolite recipe eū in domū. nec aue ei dixeritis. Qui. n. dicit illi aue: coīcat operib⁹ ei⁹ malignis. Ecce pdixi vob ut in die dñi nō cōfundamī. Plura hīs vob scribē: nolui p chartā et atramentū. Spero. n. me futurū apud vos et os ad os loq̄: ut gaudiū vr̄m plenū sit Salutant te filij sororis tue electe.

¶ Explicit epla btī Iohānis apostoli secūda. Incipit argumentū in epistolā eiusdē tertiā

Gium pietatis cā extollit. atq; ut in ipsa pietate maneat exhortatur: dio trepem impietatis et superbie cā obiurgat: demetrio aūt bonū testimoniū perhibet cum fratribus vniuersis.

¶ Explicit argumentum. Incipit epistola beati Iohannis apostoli tertia. Caplm. I

Senior: gaio carissimo quem ego diligo in veritate. Carissime de omnibus oratiōē facio prospere te īgredi et valere: sicut prospere agit anima tua. Gauisus sū valde venientibus fratribus et testimoniū perhibētib⁹ veritati tue: sicut tu i veritate ambulas. Maiorē horum nō habeo gratiā: q̄ ut audiā filios meos i veritate ambulare. Carissime fideliter facis quidquid operaris in fratres et hoc in peregrinos q̄ testimonium reddiderunt caritati tue i conspectu ecclesie: quos bene facies deducens digne deo. Pro noīe. n. eius pfecti sūt nihil accipientes a gentilib⁹: Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: ut cooperatores simus veritatis. Scripsissē forsitan ecclesie: sed is q̄ amat primatū gerere in eis diotrepes non recipit nos. Propter hoc si venero cōmonebo eius opera que facit verbis malignis garriēs in nos. Et quasi non ei ista sufficiāt: neq; ipse suscipit fratres et eos qui suscipiunt prohibet: et de ecclesia eicit. Carissime noli imitari malum: sed quod bonū est. Qui bene facit ex deo ē: q̄ male facit nō vidit deū. Demetrio testimoniū redditur ab oīb⁹ et ab ipsa veritate: et nos testimoniū

plebem⁹. ⁊ nosti qm̃ testimoniū nostrū verū ē. Multa habui tibi scribē. ꝫ nolui p attramentū ⁊ calamū scribē tibi. Spero aūt ptinus te videre. ⁊ os ad os loq̃mur. Pax tibi Salutāt te amici. Saluta tu amicos noiatim. Explicit epistola bti Jobānis apli ētia.

Incipit argumētū i epl̃am bti Jude apli

Judas aplūs. frēs de corruptorib⁹ vie veritatis ita ínformat: ut illicitum esse dissertet se sub iugo semel erutos ruitur̃: venuo opā suā officijs nouare seruilib⁹.

Explicit argumētū. Incipit epistola bēa, ti iude apostoli. Capl̃m I

Areba:plana uel campestris seu deserta uel inbabitabilis.
Arebia:bumilis dño uel retentio dñi.
Arebla:insidians uel insidiatio.
Arebna:bumilis pulcbr uel insidiās pul cbritudo.
Arecb.longitudo uel longanimitas.
Arecbon:longanimitas merens uel longitu do iniqua siue āmiratio possessionis aut de scensio negociationis.
Ared:descendens uel descensio siue ascensus montiū aut ascensus saltuū.
Areph:suscitator mensure uel vigilia disso lutionis.
Areli:declinans me uel declinacio mea siue suscitās deū meū aut vigilia dei mei.
Arelite:declinati mibi uel declinatiões mee siue suscitantes deum meū aut vigilantes deo meo.
Arem:acerui lapidū uel lapides aceruati.
Aren.fili⁹ meus uel filiatio mea siue suscitās fontē aut vigilia oculi.
Ares:elect⁹ uel electio seu suscitans facturā uel vigilia plasmationis.
Aretb:stupor uel descensio siue suscitās pa uorē ei aut vigilia vite.
Areuna:arcba uel repositio.
Arpbasa:suscitans transitum uel vigilia transgressionis.
Arpbasei:suscitatozes transeuntium uel vi gilia trangressionū.
Arpbat:sanans uel saluans siue sanitas aut saluatio.
Arpbaxat:saluās uel sanās depopulationem
Arga:mensura uel mensurator.
Argob:maledicens excelsum uel maledicta sublimitas.
Aridai:suscitans dilectū meū uel vigilia amabilis mei.
Aridatba:leo donatus uel leonis donū suf ficiens.
Ariel:leo deus uel leo dei.
Arieli:leo de⁹ meus uel leo dei mei.
Aripb:vigilia germinis flozidi uel suscitatio visionis buccelle.
Arim:acerui lapidū uel lapides aceruati.
Arimatbzus:altitudo ei⁹ uel ipse exaltat⁹ est
Arimatbia:suscitans donū dño uel vigilia donationis dñi.
Ariotb:ebrietas uel ad sollicitudinem di rigens.
Ariopagus:primitiua sollēnitas uel primitie sollēnitatis.
Ariopagita:primitiue sollemnis uel primiti ua sollemnitas.
Ariopagos:primitiua sollēnitas uel primitie sollēnitatis sed boc violentū cū atbeniēsis curie nomē sit que a marte nomē accepit
Arisai:leo tēptans uel leonis temptatio.
Aristarcbus:suscitans cozonam uel mons facture superflue.
Aristobulus:suscitans dolorē uel suscitatio germinis.
Arina:sublimis uel consurgens siue sublimi tas aut cōsurrectio.
Ariageddon:mons est latrunculis uel mons glotosus siue cōsurrectio tecti aut cōsurrectio in ꝓria ara.
Arinatbaim:sublimitas duoꝝ uel altitudo eoꝝ siue sublimes duo aut cōsurgētes bini.

Armenia: mons vulsus uel mons vllicatus seu montis anulsio aut montis vllicatio.
Armenij: mõtes vulsi uel mõtes vllicati seu mõtiũ vulsiones aut montiũ vllicationes.
Armon: anathema merozis uel imago tristicie.
Armon: domus uel cellariũ siue illuminans aut anathema.
Armoni: domus mea uel cellariũ meũ siue illuminãs me aut anathema meũ.
Arnaphet: vigilia cõuertens uel suscitatio cõuersionis.
Arnan: vigilia dñi uel suscitatio gratie seu arcba merozis aut maledictio eoz.
Arnon: arcba merozis uel maledictio siue lumẽ eoz aut maledictio eoz.
Arod: maledictio sufficiens aut maledicta sufficienter.
Arodi: maledictus sufficienter uel maledictio sufficiens mihi.
Arodite: maledictus sufficienter uel: maledictionũ sufficientia.
Aroedi: vindemiator sufficiens uel vindemie sufficientia.
Aroer: suffossio vigilie uel vacuefactio vigilis.
Aroer: mirice uel exurgẽs siue subleuans. aut suffossa.
Aroerite: vacuefactiones vigilũ uel suffossiones vigiliarũ.
Aroerite: mirice uel sublenantes siue suffossi aut exurgentes.
Arom: nequã uel versipellis.
Aromathi: nequam tempus uel versipellio peccatoz.
Arozi: mons uel sublimitas.
Arozites: sublimis uel montanus
Arosethi: nequã semẽ uel iniq̃ positio seu vigilans germẽ aut suscitatio resurrectionis
Arsa: sol eius uel illuminatio.
Arsaces: solis duritia uel illuminatio vomitus.
Arselem: silens circũcisio uel silentiũ circuncisionis seu suscitans nomen dñi aut vigilans auditioni diuine.
Arthbaba: moza uel imozans.
Arthbaba: moza pris uel mozans patrem.
Artaxerxes: lumẽ silentio tẽptans uel luie silentio temptatus.
Artheman: anathematiçantẽ uel conturbãtem eos.
Arthemis. i. diana cõturbans uł anathematiçans siue suscitans egrotationes aut egrotationũ suscitatio.
Aruces: circũrodẽs me uel circũrosio mea
Arun: aceruus tritici uel laus frumenti
Arunas: illuminans uel illuminatio
Arur: suscitans ignẽ uel vigilia luminis.
Arus: incisa uel aurea seu vigilans consilio. aut suscitãs festinationẽ.

Vbi. s. post. a.

Asa: tollens uel factura siue sustollẽs aut plasmatio.
Asaba: ei⁹ captiuitas uel ei⁹ cõuersio siue sustollẽs patrẽ aut plasmatio pris
Asabias: colligens dñm uel congregatus dño siue sustollẽs patrẽ dñm aut plasmatio patris dñi.
Asach: factura p:erupta uel plasmationis vmbraculũ siue sustollẽs fratrem aut tollẽs fraternitatem.
Asadias: factura seruiẽs dño uel sustollens testimoniũ dñi.
Asael: sustollens vẽ uel plasmatio vei.
Asaph: colligens uel congregans siue collectio aut cõgregatio.
Asaia. facit dñs uel faciente dño siue sustollens dñm aut plasmatio dñi.
Asaias: idem.
Asam: velictũ uel fumus siue sustollens populũ aut plasmatio eoz.
Asama: velictũ eius uel fumigans eũ siue sustollẽs ꝓpłm eius aut plasmatio eoz.
Asan. tollens vnũ uel plasmatio gratie.
Asana. tollens vnum ei uel plasmatio gratie eius.
Asar. carcer uel carceratus seu facturã suscitãs aut sustollens vigilantes.
Asaradan. vincens. uel exacut⁹ siue sustollens vigiles iudices aut plasmationem suscitans iudicio.
Asarel. carcer vei uel carcerat⁹ veo seu factura suscitãs veũ aut sustollẽs vigiles vei
Asarela. factura suscitans maledictum uel plasmatio tollens vigiliã maledictionis
Asaronethamar. beatitudo palme uel beatitudo cõmutans siue atriũ amaritudinis aut vestibulũ cõmutationis.

Asarsualim: diuites vulτes uel atriū vulpiū seu factura suscitans salutē aut plasmatio vigilans saluationi.

Asar susim: diuites obtinens uel τeate reuertens seu factura suscitans equū aut plasmatio vigilans reuersioni.

Asasontbamar: os amarum uel silentiū commutatū seu factura faciens iniquitatem cōmutationis aut plasmatio tollens volozem amaritudinis.

Asaar: diluculū uel mane diluculo seu facturam estimans aut plasmationis existimatio.

Asaradon: victoz uel exacut⁹ seu factura suscitans seruos iniquos aut plasmatio vigilans testimonio merentiū.

Asaratel: τeatus τ⁹ uel τeatitudo τei seu factura vigilans τeo aut plasmatio suscitans τeum.

Asaramel: sustollens excelsum τeū uł plasmatio excelsi τei.

Asbaal: plasmās viz uel tollēs τetustatem.

Asbel: captiu⁹ τei uel atriū τetustatis.

Asbelel: captiu⁹ τei uel factura τetusta

Ascalon: appensa uel impensa siue ignis infamis aut ignis ignobilis.

Ascalonite: appensi uel impensi siue ignes infames aut ignes ignobiles.

Asceneç: tollēs possessoꝛē ꝓτemptibiliter uel sustollens ꝓtemptibilē possessoꝛem.

Asclæneç: ignis aspsio uel ignis sic aspsus.

Ascod: dissolutio uel effusio siue icendēs aut incendium.

Ase: tollens uel factura siue sustollēs aut plasmatio.

Asebam: sustollens semp excelsū uł plasmatio semp excelsa.

Asebias: sustollens dñm uel plasmatio dñi.

Asebin. facture statio uel plasmatio statiōis.

Asebonias: tollens pollicē dñi uel factura in medio dñatozis.

Asech: factura ꝓτupta uel plasmatiōis ym braculū siue sustollens fratrē aut tollēs fraternitatem.

Asedech: testa uł sol siue ariditas aut siccitas ardozis.

Assedim: siccitas ardozis uel suburbana eorum.

Asedemoth: aτua uel suburbana.

Asedochbasgan: abscisio: uel os delicti siue tollens abscisum aut plasmationis donatio.

Asedoch: factura pabuli uel plasmatio viriditatis.

Asedothbasga: volatio facture viridis uł faciens pabulū abscisionis.

Asepb atriū uel τestibulū seu colligens aut cōgregatio.

Aser: sustollens eos uel plasmatoꝛ eoꝝ.

Asemona: festinans uel os eius: ab osse non ab oꝛe.

Asen: sustollēs fontē uel plasmatio oculi.

Asena: ignis aspsus uel ignis aspsio siue sustollēs fontē ei⁹ aut plasmatio oculi ei⁹.

Asenna: ruina ei⁹ uel ꝓcipitatio.

Asennaa: ruina ei⁹ uel ꝓcipitans eū.

Asenaphar: ruens onager uel ꝓcipitans feritas.

Asenech: ruina uel ꝓcipitatio seu factura τedificans aut plasmationē edificans.

Asennes: leuans me uel sublcuatio mea.

Asenetb: ruans uel ꝓcipitans siue ignis aspersus aut ignis aspsio.

Aser: atrium uel diuitie seu τeatitudo aut τeatus.

Aserite: atria uel diuitie seu τeatitudies aut τeati erunt.

Asera: atriū vulturis uel diuitie τeuozatoꝛ.

Aserai: btitudo mea uel τeatus erit mihi siue atriū meū aut diuitie mee.

Aserdan. exacut⁹ uel vinculū cutis seu τeatū iudiciū aut diuitie iudicande.

Aserim: atriū uel τestibulum seu diuitie aut τeatitudo eoꝝ.

Asermacbunatb: beatitudo doni uel q̄ est τeata donatio.

Asermoth: atriū moꝛtis uel diuitie moꝛtales

Aseroth: atriū angustie uel diuitie tpales.

Aseroth: atria uel τestibula siue ville aut τeatitudines.

Asersual: τeata salus aut diuitie salutis.

Asesua: atriū gaudij uel btitudo leticie.

Asem: noiat⁹ uel faciēs nomē siue sustollens auditū aut plasmatio famose auditionis.

Asema: os ab osse nō ab oꝛe uel sustollens nomē ei⁹ aut faciens famosam auditionē.

Asen: factura τentiū uel plasmatio sup vulnus seu tollēs nomē aut sustollēs ap̄tozam temptationis.

Aseremoth: suburbana uel suburbiū⁹ seu atrium indignationis rigide aut btitudo foꝛmidationis eoꝝm.

Asergadai: atriū accincti vulturis uel vitu-
tie temptationis vel orantis.
Aspha: tollens subito uel factura eructans.
Aspbanar: equorum vomito: uel factura ap-
prehendens.
Aspbanes equor vomitor uel factura puer-
sionem apprehendens.
Aspbar: tollens onagrum uel plasmatio fero
citatis.
Asia: sustollens dñm uel plasmatio dñi.
Asiat: gradiens uel elevans seu auferens. aut
elatio.
Asiani: facture dñi uel sustollentes dñm.
Asiani: elati uel auferentes seu gradiētes aut
elevati.
Asias: sustollens dñm uel plasmatio dñi.
Asidia: milu⁹ uel ebrodi⁹ seu factura dilecta
aut plasmatio amabilis.
Asiel: sustollens mei uel plasmatio mei.
Asiel: gradiens meo uel elevatio mei.
Asim: sustollens eos uel plasmatio eor.
Asima. sustollens eos ei uel plasmatio eorum
eius.
Asinchritus: dirigens thuribulū uel directio
thuribuli.
Asiongaber: lingua viri uel volatio bois seu
faciēs merentes colles sublimes aut sustol-
lens volores colliū sublimiū.
Asir: vinculū uel vinculat⁹ seu factura vigi-
lans aut sustollens vigilantes.
Asisdei: milui uel ebrodij seu facture dilecte:
aut plasmationes amabiles.
Assyria: factura vigilans dño aut sustollens
vigilias dñi.
Assyria: diligens uel dilecta siue dirigēs aut
directio.
Assyrij: facture vigilantes dño uel sustollen-
tes vigilias dñi.
Assyrij: directi uel dirigentes seu dilecti aut
diligentes.
Astia: factura laborans aut sustollens labo-
rantes.
Asmo: nouissimū ei⁹ uel factura parturiens.
Asmodeus: facture iudicium uł plasmatio iu
dicantis.
Asmona: festinans uel celeriter numerās.
Asnaa: tollēs serpentē uel plasmatio colubri.
Asoph: collectio uel vestibulū seu festinans:
aut festinatio.
Asom: silens: uelos ab ore nō ab osse.
Asometh: os vinax ab osse nō ab ore uel silen-
tiū vite aut festinatio pauoris.
Ason: factura pupille uel plasmatio coccinea
Asor: atriū uel sagitta luminis. seu tollēs fo-
ramen aut plasmatio iracūdie.
Asoradon: victor uel exact⁹ seu atrium ser-
ui iniqui aut tollens foramen testimonij in-
utilis.
Asoram: atriū excelsum uel sagitta luis exal
tati seu tollens foramen excelsum aut plas-
matio iracūdie exaltate.
Asotb: sustollens signum aut plasmatio tem
poralis.
Asotbite: tollētes sig̃ uel facture tpalis.
Asra: diminutio uel diminut⁹ seu tollēs ma-
gistrū aut plasmatio magisterij.
Asrael: diminut⁹ deo uel sustollens magiste-
rium dei.
Asrabi: beatū faciēs uel beata cōmotio: seu di
minut⁹ ipse aut diminutioni patens.
Asrelel: btūs deo uel bitudo dei siue tollens
mg̃m deū aut plasmatio magisterij dei.
Asraelite: beati deo uel beatificātes deū aut
plasmati magisterio. dei.
Astaol: ignis gementiū uel ignis pturiētiū.
Astari: caula mea uel psepe meū.
Astari: ouile meū uel cubiculū meū siue atriū
meū aut factura explorationis mee.
Astarotb. ouile uel factura explorator
Astarotb: atriū uel cubiculum seu caule aut
presepia.
Astarotbites ouile uel factura.
Astarotbites: caula uel atriū seu presepe aut
cubiculū.
Astarten: factura superflua uel plasmatiōis su-
perfluitas.
Astrages: volūtas festiua uel consilium festi-
uitatis.
Asub: factura icendij uł plasmatio querelōis
Aspba: tollens subito uel factura eructās.
Asuer⁹: beatitudo uel atriū eius.
Asum: os eor uel fumigans eos.
Asum: factura coccinea uel tollens pupillā
eorum.
Asur: diues uel bt̄us siue factura lumis aut
tollens incendiū.
Asuri. diues mihi uel atriū meū seu factura
luminis mei aut tollens incendiū meū.
Asurim: diuitie eorum uel beatitudo eorum
siue factura illuminans eos. aut tollens

incendiū eox.
Assur: tollēs robustū uel tollēs acerbitatem.
Assur: sustollēs mux uel tollens angustiā seu factura continens aut plasmatio directionis.
Assur. negociator uel negociatio siue nemus aut ignis illuminatio.
Assur. dirigens uel diligens siue beatus aut gradiens.
Assurim: sustollens mux eis: uel tollens acerbitatem.
Assurim: faciens robustos eos uel plasmatio directa eis siue tollens angustias eox aut sustollens continentiam eox.
Assurim: nemora uel igniū illuminatiōes seu negociatores aut negociationes.
Assurim: dirigentes uel diligentes seu beati aut gradientes. ¶ Dic. k. post. a.
Atba: temp⁹ uel pctī. seu relinquēs aut temporalis.
Atbac: peccator humilis uel peccati retentio seu relinquens fratri aut temporalis frater.
Atbad: rbamn⁹ uel testimoniū.
Atbaia peccans dño uel tpalis dñi.
Atbalia: tps dñi uel tps ei⁹ seu peccans dño aut relinatio dñi.
Atbania: pcupiscentia uel resideriū.
Atbanael: tempus meū rei uel peccatum meum reo.
Atbanai: tps fluctuans uel peccator cōmot⁹ seu corona tonati mei aut explorator gratificationis mee.
Atbar: pctōr suscitans uel tēporalis vigilia.
Atbara: peccatū suscitans ei uel peccatoris vigilia eius.
Atbarim: explorator uel explorator.
Atbarotb: corone uel circuli.
Atbatb: pctī tpis uel tps peccatoris.
Atxne: dispse uel dissipate.
Atxnieles. dissipati uel dispgentes.
Atxnobius peccator latrans uel temporalis latratio.
Atxr ipse ꝓsurgens contrarius uel peccator effundens aduersa.
Atbicon: tps mediū uel peccatoris dimidiatio siue tps ꝓgregate iniq̄tatis aut pctī cōgregationis inutilis.
Atbipba: tempus subitū uel peccatū eructās
Atbil: peccati germen uel tempus inueterās.
Atbita: tps ḡrens uel dilecti silentiū.
Atbol⁹: tps ꝓfilij uel peccati cōmixtio.
Atbomiel: respondēs deo uel tps ei⁹ rei.
Atbupba: tempus subitum uel peccati infirmitas.
Atbul: temp⁹ consilij uel peccator festinans. ¶ Dic. v. post. a.
Aga: iniquus uel iniq̄tas.
Aiuam: fons uel mot⁹ siue mouens, eos aut subuersio eox.
Aui: ferox uel ferocitas siue iniqu⁹ mihi aut iniq̄tas mea.
Auil: insipiens uel stulticia.
Auin: aceru⁹ lapidū uel iniq̄tas eox.
Auisa: voluntas mea uel iniquitatis mee saluatio.
Auitb: iniq̄ uel iniq̄tas.
Auotb: sedes uel cōmoratio seu vinculū.
Auotb: vita uł glia seu ville aut ciuitates.
Auotbiair: vinculum vigilis uel sedes vigilis seu cōmorans illūinatio aut incunabula illuminationis.
Auotbiair: glozia luminis uel vita illūinans seu ville vigilantium aut oppida illuminatorum.
Aupbratbon: frugifera uel puluerulenta siue vtertas aut te cinere veniens.
Aupbratbonite: frugifer uel puluerulēti seu vteres aut te cinere veniētes.
Augusti: solenniter stantes uel solennitas ad vita.
Aulon: vallis grandis uel vallis campestris.
Aunam: meor eox uel latores eox.
Aunan: non est uel inutile.
Auram. iracūdia uel iracūdus.
Auran. irascens uel iracūdia.
Ausitidis. consiliū uel consiliatrix. ¶ Dic. r. post. a.
Axa. furor uel furibūda.
Axan. claudicans uel irascens.
Axatb: medicina uel medicamentū. ¶ Dic. ç. post. a.
Aza. videns uel combustus seu fortis dñi aut fortitudo ei⁹.
Açabias. videns patrem dñm uł fortitudo patris dñi.
Açabel. videns deū uel fortitudo dei.
Açam. videns eos uel fortitudo eox.
Açanoe. fortitudo cōmotionis uel visio reçetionis.

Açara.vorsum uel crepido.
Açaria.auxiliū dñi uel auxiliator est dñs.
Açarias.idem.
Açaram.adiuuans ꝓpm uel auxiliū ꝓpi siue vorsū eor aut crepido eor.
Açaç.continens uel apprehendens seu videns fortiter aut visio fortis.
Açaçias.continens dñm uel apprehensio dñi seu videns fortiter dñm aut robusta visio domini.
Açel.videns vetera uel robustus vetustate.
Açelite.videntes vetera uel robusti vetustatibus.
Açbotb:videns vomentem uel videns in vomitu seu fortis vetustas aut fortitudo lugētium.
Açebad.videns mare uel fortitudo maris.
Açebat.videns volentem uel videns componentem seu fortis vr molaris aut fortitudo pœnitentie.
Açeb:pgens uel ambigēs seu vallis vuozās aut vallis rapacitatis.
Açecba.fortitudo aut vecipula siue robusta aut clausa pessulo.
Açer.auxiliū uel sanctificatio seu fortis consurgens aut videns vigilias.
Açagad.fortis temptatio uel videns accinctū latrunculū.
Açi.fortis mea vel visio mea.
Açiam.videns ꝓpm vel fortitudo eor.
Açias.videns dñm uel fortitudo dñi.
Açiel pargens uel ꝓficiscens seu videns vrū aut fortitudo vri.
Açia.fortis visio uel videns visionem.
Açiel.pergens uel abiens seu videns vrū aut fortitudo vri.
Açir.fortiter vigilans seu videns vigilias.
Açiça.fortis iste uel visio ista.
Açmath.videns mortem uel fortis mortu⁹.
Açmauetb:idem.
Açmoth.fortis morte uel apprehēdens morte
Açmoth:fortis inclusio uel apprehendens vecorem.
Açor.adiut⁹ uel auxiliator seu videꝫ lumen aut fortiter iracūdus.
Açoçia.incendens dño uel incendiū dñi.
Açot⁹.incendiū uel incēdēs siue ignis patruelis aut ignis patrui mei.
Açotij.incēdentes uel incendia siue ignes patruelis aut ignes patrui mei.
Açotide.incendiū uel ignis patruelis.
Açarael.adiuuans vrū uel fortitudo vri.
Açuba.relicta uel vserta siue relictio aut desertio.
Açur.adiutor lucidus uel auxiliū igneū siue videns lumen aut robustū incendiū.

Sequunt interpretationes hebraicor nominū incipientiū per. B. litteram.

Babana.venit respondēs uel venit responsio.
Baal.vir vel vetustas siue bians aut vuozator.
Baala:venit hoc uel balēs eam seu vir ei⁹ aut vuozans eū.
Baalaanan.venit hoc vnū vl balens eā gratiam seu vir grat⁹ ei aut vuozator gratificationis.
Baalasor.vetustas vuozans atriū vl vir balens sagittam luminis seu vetustas tollēs foramen aut vir plasmator iracūdie.
Baalath.vir ascēdens vl bñs ascensionē seu vetustas tpis aut vuozatio petōzis.
Baalberith.vir balens pactū uel vetustas vuozās fedus.
Baalpharasim.viros vuozantes diuidēs vl balentiū vetustatem diuisio.
Baalpeor.vir balens biatū uel vetustas vuozans os pellis superi⁹.
Baalgad.vir fortunat⁹ uel balens temptationem siue vir accinct⁹ latrūculis. aut vir vuozator.
Baalia.vir balens dñm uel vetustas vuozans dominationem.
Baalim.ascendentes uel supiores.
Baalim.viri uel balentes siue in superioꝛib⁹. aut vuozatores.
Baalis.vetustas viri vl bñs assumptionē seu vuozans vir. aut vetustatis assumptio.
Baalmaon.vscendēs būilis uel vscēsio būilitat seu vir būilis balens domicilū aut vetustas vuozans habitaculū.
Baalmeon.vscensio humilis uel vscensio humilitat.
Baalmesar.bñs eam vl vir ex principe seu vetustas ei⁹ aut vuozatio pncipis.
Baalotb.ascendens uel i ascensiōib⁹ seu vir bñs tps aut vetustas vuozans responsionē.
Baalsalisa.bñs vitulā conf̄nantē vl balens vitulam conternatā seu vetustas vuozans. tertiū aut vir balens vitulam triennalem.

Baalthamar: vir habens palmam uel vir habẽs amaritudinẽ seu vetustas veterãs cõmutatos aut vetustas veterãs cõmutationem.

Baana. venit donatus uel venit gratificat⁹

Baanã. fili⁹ eius uel veniens ei seu venit respondens aut venit responsio.

Baani. venit donatus mihi uel venit gratificatio mea.

Baani. veniens mihi uel fili⁹ me⁹ seu venit respondens mihi aut responsio mea.

Baara. venit respõdens uel venit responsio.

Baari. venit respondẽs mihi uel venit respõsio mea.

Baari. fontes uel putei siue in ventre aut in cõmutando.

Baarias. venit respondens dñs uel venit responsũ dñi.

Baasa. venit tollens uel veniente factura.

Babatha. translatus tempore uel confusus pectatoꝝ seu translatio rẽporalis aut confusio pectatoꝝ.

Babel. cõfũdens uel cõfusio seu trãsferens. aut translatio.

Babylon. idem.

Babylonij. cõfusi uel translati seu confũdẽtes aut transferentes.

Bacbar. insaginate uel ingressus est.

Bacbacar: vetustas insaginate uel lugens ingressus est agnus.

Bacbenor. lucens lucerna uel ingressus est agnus lucerne.

Bacci. vetus uel luctus siue lugens aut in vomitu.

Bachides. luct⁹ fortis uel vetustas i vomitu

Badachar. venit cõpungi uel venit tumult⁹ siue venit merces aut venit turbatio.

Badad. maxim⁹ uel excellẽtissim⁹ siue venit testis aut venit sufficiẽs.

Badadi. maxim⁹ mihi uel excellẽtissim⁹ me⁹ seu robur meũ aut sufficientia mea.

Badaias. pcipu⁹ dño uel in iudicio domini. seu venit dñs aut venit dñator.

Badal. pcipu⁹ uel sublimis seu venit cõscendens aut venit infirmitas.

Badam. solus aut in iudicio seu venit pp'lus aut aduentus eoꝝ.

Badan. precipu⁹ uel in iudicio seu venit donũ aut venit gratificatio.

Badager. maximũ auxiliũ uel excellẽtissim⁹ sanctificatoꝝ seu venit fortis aut venit separatio.

Badseba. filia septẽ uel filia iuramenti seu venit eloquens aut venit cõuersio.

Badsuba. filia vẽpcationis uel filia satietatia seu venit cõuertens. aut venit incendiũ

Ista eni badsuba uel badseba ipsa est bersabee mater salomonis.

Baem. loc⁹ vite mee uel loc⁹ suscipiẽs mihi.

Baen. uniqu⁹ ocul⁹ uel iniqtas fontis. seu venit fons aut venit ocul⁹.

Bagad. venit accinct⁹ uel venit in fortuna. seu venit latrũcul⁹ aut venit temptatio

Bagal. onus uel iugũ seu venit acceru⁹ aut venit inuolutio.

Bagaba. excelsus tempore uel sublimitas peccatoꝝ.

Bagatban. venit tactus videntis uel venit risus tangentiũ.

Bagaçim. in excelso contemptus uel venit fortitudo.

Bagoaim. sublimitas deuorans eos uel iugum vulturis eoꝝ.

Bahem. locus uel in eis seu venit locus aut locus eorũ.

Bai. filius meus uel veniens mihi.

Bala. absorta uel inueterata seu absorbens. uel inueterans.

Balaa. absorbẽs eũ uel inueteratio eius.

Balaach. deuorans uel pcipitans siue absorbens fratrẽ aut inueterans eos.

Balaam. vanus pp'lo u' sine pp'lo situe in eis aut pcipitans fraternitatẽ.

Balaam. turbans gentẽ uel deuorans pp'lm siue absorbẽs eos aut absq; substantia eoꝝ

Balaan. turbans donũ uel deuoratoꝝ doni. siue absorbẽs gratos aut inueteratio gre.

Balaanam. babẽs grãm u' inueterãs rispõsionẽ siue absorbẽs donũ aut pcipitatio gre

Balach. lingens uel ludens siue inuoluens. aut elisio.

Balada. absorbẽs testes uel inueterãs fraternitatẽ siue veniẽs eam iudicare aut pcipitatio testimonij.

Baladad. vetustas sola uel deuorans testimoniũ siue absorbens pcipuos aut precipitans patrueles.

Baladam. venit sibimet iudicãs uel vanitas pro semetipso seu absorbẽs iudices aut inueteratoꝝ iudicij.

Balagad. absoꝛtens latrũculos uel precipitans temptationẽ.
Balagad. vir accinct⁹ uel habnit accinctũ seu vir foꝛtunatus aut vir pirata.
Balam. turbatio uel precipitiũ.
Balaman. turbatoꝛ ꝓli uel ꝑcipitatoꝛ eoꝛũ.
Balanan. turbans donum uel precipitans gratiam.
Balasoꝛ. ascendẽs domũ. uel balens sagittã luminis siue absoꝛtens foꝛtes aut inueteratoꝛ angustie.
Balad. absoꝛtens peccatũ uel inueteratus tempoꝛe.
Balad. lugens uel involuens seu lingẽs aut elisso
Baldad. ætustas sola uꝫ ætustatis solitudo
Baldan. ænit sibimet iudicans uel vanitas ꝑ semetipso seu absoꝛtens iudices aut inueteratoꝛ iudicij.
Bale. ꝑcipitans uel ænoꝛatoꝛ.
Balcite. ænoꝛatoꝛes uel ꝑcipitatoꝛes.
Baleç. absoꝛtens uel precipitans.
Balaida. varietates cognouit uel variatoꝛ cognitio siue absoꝛtens testimoniũ aut inueteratoꝛ seruitutis.
Balotb. ascẽdens uel i ascẽsionib⁹ siue absoꝛtens aut inueterate ꝛesponsioni.
Balsalila. babẽs vitulã cõternantẽ uel babens vitulã cõternatã seu ætustas ænoꝛãs tertiũ aut vir babẽs vitulã triennalẽ
Baltbasar. capillus capitis uel absoꝛtens divitias.
Balstus. babẽs luctũ uel babens premiũ.
Bama. in q̃ uel q̃s siue in q̃b⁹ aut ſp excelsa
Bamotb. in moꝛte uel excelsa sine moꝛs adueniens aut moꝛtis aduentus.
Bamotbbal. excelsa in moꝛte viri balentis. uel moꝛs aduenientis ætustati ænoꝛanti
Bana. ænit ꝛespõdẽs uel ænit ꝛesponsio
Bannaa. ænit ꝛespondẽs ei uel ænit ꝛesponsio eius.
Banai. ænit ꝛespondẽs mibi uel ænit ꝛespõsio mea.
Banaai. idem.
Bananias. edificãs dño uel cementari⁹ dñi seu ꝛespõdens dño aut ꝛesponsio dñi.
Banaça. fili⁹ videns uel foꝛtitudinis filius.
Banca. ænit rñdens ei uel ænit rñsio eius.
Baneas. ænit ꝛesponsũ tollens uel ænit ꝛesponsio plasmationis.
Banebaraeb. fili⁹ fulminis uel fili⁹ fulguris seu fili⁹ fulgurantis aut fili⁹ ꝑcutientis.
Banebaratb. ænit ꝛespondens fulmini uel ænit ꝛespondens fulguri siue ænit ꝛesponens fulgurãti aut ænit rñdens ꝑcutiẽti.
Baneiacban fili⁹ stridoꝛ uel fili⁹ necessitudinis seu vẽit firmitas. aut ænit ꝓparatio
Bani. filius meus uel æniens mibi.
Banni. pollex me⁹ uel in medio mei.
Bannimi. fili⁹ meus ynicus uel fili⁹ me⁹ sempiternus
Baon. in in iq̃tate uel ininiq̃tatibus.
Baon. ænit voloꝛ uel ænit iniq̃tas seu ænit murmurãs uel ænit inutilis.
Baoꝛ. in ꝑlle uel in ꝑllibus.
Baoꝛ. ænit lumẽ uel ænit foꝛamen seu ænit ꝑllis aut ænit iracundia.
Bar. filius uel filiatio. Pyrum est. non bebreum
Bara. lectus uel creatura siue filius ei⁹ aut malitia.
Barrabas. filius patris uel filius magistri. Pyrum est. pariter ⁊ bebreũ.
Baraeb fulmen uel fulgur siue fulgurans aut pentiens.
Baraebel fulgur dei uel fulmẽ dei sine fulgurans deũ aut pcussio dei.
Barebemini tribuli uel creatura iudeoꝛum
Barachias. benedictus dño uel benedictus domini.
Barachias fulgur dñi uel fulgurans dñs. siue fulgurans dño aut pcussio dñi.
Baraebiel. benedict⁹ deo uel benedict⁹ dei.
Baraebiel. fulgur dei mei uel fulmẽ dei mei siue fulgurãs deo meo aut pcussio dei mei
Barada. filius deoꝛis uel filius deoꝛus seu filij seruus aut filius testimonij.
Baralel benedixit deũ uel benedictio dei. siue lectus deo aut creatura dei.
Barasa. baurientes uel in egestate seu æniens ad faciendũ aut filius sustollens plasmationẽ.
Barath. grando uel tempestas seu fili⁹ peccati aut fili⁹ temporalis.
Baraca. filius videns uel fili⁹ foꝛtitudinis
Bareeb. grãdo uel tẽpestas seu filius viuax aut filius paucidus.
Baremij. fugit eum quispiã uel quopiam fuga eius.
Baria. in malis uel filius dñi siue i clamoꝛe

eius aut in cõmotione ipsius.
Barien:filius in malo uel filius maleficij quẽ ꝙ ipsum nõnulli barieu corrupte nominãt.
Barilen:filius ipse uel filius ꝓcens seu filius cõmotus aut filius faciens.
Bariona:filiꝰ colũbe aut filiꝰ simplicitatis. Syrum est:pariter ꝙ hebreum. Bar quippe sicut ꝓdictum est syriace filius. ꝙ iona columba.
Baritha:pbitõissa uel subitanea siue os abyssi aut os ꝓfundum.
Barnabas:filiꝰ ꝓcludens uel filiꝰ ꝓphete seu filiꝰ venientis aut filiꝰ consolationis.
Barne:filiꝰ motiõis uel filiꝰ mutationis.
Barnee:electa cõmotio uel filius electe mutationis.
Barsabas:filius reuertens uel filius quietis ex syro ꝙ hebreo sermone cõpositũ: seu filius iuramẽti aut filius ꝓsolationis.
Barsemia:filiꝰ cecus uel filiꝰ cecitatis:quem corrupte quidã bartimeũ legunt.
Barthimeus:filiꝰ pinguedinis uel filius ruminantis.
Bartholomeꝰ:filiꝰ suspendentis me uel filiꝰ suspendentis aquas. Syrum est:nõ hebreũ.
Baruch:benedictus uel benedictio.
Barçaith:filiꝰ olive eiꝰ uel filius fornicationis eorum.
Basan:bucus uel pinguedo seu siccitas:aut confusio.
Basar:infantia uel in angustia siue infans. aut angustiatus.
Basara:infans uel infantia eius siue angustians eũ aut in angustia eius.
Baschama:confusio caloris uel angustia caliditatis eius.
Baschat:adeps:uel defecatio.
Basechat:adipem uel defecationem:
Basechath:adeps uel defecatio seu defecans aut defecatio.
Basemath:deposita uel delinquens seu deficiens aut delictio.
Basemoth:deficiens aut delinquens siue ei obus aut in nominibus.
Bassas:adeps dñi uel defecatꝰ dño.
Basmath:deposita uel delinquens seu deficiens aut delictio.
Batbanim:tumus respondentium uel tumus humilitatis eorum.
Batbuel:virgo dei uel castus deo.
Baurim:electi uꝛ electorum seu iuuenes aut robusti.
Bauranites:fortis uel electꝰ seu iuuenis aut robustus.
Baçatha:contemnens tempus uel despectus peccator.
Baçeotha:ꝓtẽnens eũ uel despectio eius.
Baçothia:ꝓtemnẽs dñm uel despectio dñi.

Vic.e.post.b.

Bead:iniquus testis uel edificator:precipuus.
Bean:iniquꝰ gratie uel iniqtas donationis.
Beban:os vulturis uel ꝓfusio deuoratoris.
Bechechias:inclytꝰ deo uꝛ primogenitꝰ dei.
Becher:inclytus uel primogenitꝰ.
Bechorite:inclyti uel primogeniti.
Becherias:inclytꝰ dño uel primogenitꝰ dñi.
Bechor:primogenitꝰ uel vnigenitꝰ.
Bechori:pmogenitꝰ me uel pmogenitꝰ mihi.
Bechoreti:pmogenitꝰ fortis uel primogenitus timidus.
Bechuch:inclytꝰ grauis uel primogeniti contemnatio.
Bed:filia uel mensura.
Bedeth:instauratio uel instauratꝰ seu mensura diuitiarum:aut filia uoluptuosa.
Bedsabee:filia septima uel filia iuramẽti seu mensura saturitatis aut filia sacietatis.
Bedsan:filia dura uel mensura iniqua seu filia iniqtatis aut ipsa iniqtas.
Bdellium:lapis uel carbũculꝰ.
Beel:vetustꝰ deꝰ uel vir deuorator siue dñs vetustatis aut vir habens vetustatem.
Beelphegor:vir dñs biatũ: uel vetustꝰ deus bians siue dñs vetustatis biantis aut vetustas deuorans os pellis superi. Ipse ẽ priapꝰ uel simulacrum ignominie.
Beelsephon:vir habens archana uel dñs aquilonis seu vetustꝰ deꝰ habens specula: aut vetustas deuorans ascensionem speculi.
Beelzebub:vir muscarum uel ꝓnceps muscarũ siue vetustꝰ deꝰ habens muscas:aut vetustas deuorans muscas.
Beemoth:animal uel animalis seu bestialis aut bestia.
Beera:fons eiꝰ uel puteꝰ eiꝰ siue in lũine:aut putei eiꝰ.
Beeri:fons uel puteus meus siue in lumine: aut puteimei.

Bega: sublimis uel excelsa. siue sublimitas. aut celsitudo.

Begoai: iugum vulturis. uel sublimitas uel oratoris.

Beguai: excelsus me⁹. uel sublimitas mea. seu fabrica vulturis aut fabrica uel oratricis.

Begui: excelsus me⁹. uel sublimitas mea.

Begumim: fabrica cementarij: uel fabbrica cementarioꝝ.

Belelmō: uetusti uel habitaculi. uel dñs bñs domiciliū uetustatis.

Bel: uetustas. uel absq; .

Bela: habitus. uel indumentum. seu uetustas eius. uel absq; eo.

Belath: habens uel habitus: ab habendo: non ab habitu.

Belath: uetustas peccati uel absq; tempore .

Belathbala: habēs uel habita: genere femino ab habendo: participiū est: nō uerbum imperatiuum.

Bethbala: habitum apprehendens uel indumētum irrotatum.

Belhecia: uetustas primogeniti dñi: uel absq; nobilitate dñs.

Belga: absq; motu. uel uetusta cōmotio.

Belge: idem.

Belguai: absq; valle uel absq; prerupto seu uetustas voraginis: aut uetustas uocationis.

Belia: uetust⁹ dñs. uel absq; dño.

Belia: pute⁹ ei⁹ uel in clamore ei⁹. siue i malis. aut cōmutatio ipsius .

Belial: absq; iugo uel absq; dño.

Beliar: cecū lumen. aut ceca angustia. seu uetustas deficiens. uel absq; continentia.

Belmelech: re⁹ me⁹ rex. uel uetustas mea regnans.

Belma: habēs residentiū. uel absq; domicilio.

Belmeula: habens domicilij. uel absq; inhabitatione.

Belsan: uetustas dura. uel ipsius uetustatis iniq̄tas.

Belsar: absq; principe. uel absq; carbone. seu uetustū uelamen. seu uetustatis angustia.

Belsathim: absq; germine. uel absq; positiōe: seu uetustas spinaꝝ. aut uetustas resurrectionis eoꝝ.

Ben. filj⁹ uel filiatio.

Benabinadab: filj⁹ patris mei uotiu⁹. uel filj⁹ patris mei spontane⁹.

Benadab: filj⁹ uotiu⁹: uel filj⁹ spontane⁹.

Benael: edificat⁹ deo. uel edificatio dei. seu filius ei⁹ deo. aut filj⁹ ei⁹ dei.

Benail: filj⁹ doloris. uel filj⁹ parturientis.

Bendagar: cecum lumen. uel filius prenaricationis

Benebarach: filj⁹ fulmis uel filj⁹ fulguris uel filj⁹ fulgurans. aut filioꝝ percussio.

Benecbam: filj⁹ callidus. uel filj⁹ surgens. siue filj⁹ necessari⁹. aut filj⁹ necessitatis.

Benēnan: filj⁹ in eis: uel filj⁹ in medio eoꝝ.

Benennon: filij ecce sūt. uel filij ecce hic sunt.

Benereem: filij tonantis. uel filij tonitrui. qō corrupte vocaverges vlus obtinuit.

Beneseel: filj⁹ mittens. uel filj⁹ confirmationis

Bengaber. filj⁹ viri fortis. uel filius iuuenis virilis.

Benhur: filj⁹ lucis. uel filj⁹ igne⁹.

Beni: filj⁹ me⁹. uel filiatio mea.

Bēni: filj⁹ requiescens. uel filj⁹ requietionis.

Beniamin: filj⁹ dexe uel filj⁹ virtutū. siue filj⁹ amaritudinis. uel filj⁹ amariū.

Beniamin: filj⁹ dextre: uel filj⁹ virtutis siue filj⁹ asinin⁹: aut filj⁹ asinoꝝ.

Beniar: cecū lumen uel ceca angustia seu filius deficiens aut filj⁹ purificationis.

Bennoi: filj⁹ cōmot⁹ uel filj⁹ requietiōis.

Bennon: filj⁹ merens uel filj⁹ doloris. seu filj⁹ murmurans aut filj⁹ inutilis.

Benoni: filj⁹ merens uel filj⁹ inutilis mihi siue filj⁹ doloris mei aut filj⁹ iniq̄tatis mee.

Benui: filj⁹ me⁹ uel filiatio mea.

Bēnui: filj⁹ requiescens uel filj⁹ requietiōis.

Bennan: filj⁹ ferus uel filj⁹ piscis siue filius vnicus aut filj⁹ sempitern⁹.

Benir filj⁹ incendens: uel filj⁹ lucidus: seu filius lūinis aut filj⁹ igne⁹.

Bençoeth: filius huius pauidi uel filius hui⁹ viuacis.

Beon: pollex uel in medio siue iniqu⁹ murmurans. aut iniq̄tate volens.

Beor: impellens siue impulsio uel iniqu⁹ lūinis. aut iniq̄tas iracūdie.

Ber: fons uel pute⁹.

Bera. fons eius uel puteus ei⁹.

Berameth: fons exaltatus vite uel pute⁹ alti pauoris.

Berchos: fontis calix uel putei potus.

Berdan: puteus iudicans uel fons iudicij.

Berea: puteus eius uel filia eius hebreum est pariter atq; syrum.

Beri.puteus me⁹.uel putei.pluraliter.
Beria.fons dñi.uel puteus dño.
Berith.fedus uel pactū.
Bernice.puteus innocens·uel filia eleganter commota.
Beronice.idem est ytrūq; hoc nomen ex hebreo syroq; cōpositū est.
Beroea.puteus eius.uel filia eius.
Beroenses.filij eius.uel putei eius.
Beroni.filia que.uel filia puteus quis. Et hec tria nomina ex hebreo pariter syroq; composita.
Beroth.fontes.uel putei.seu fons respōdēs aut puteus temporalis.
Berotha.fontes eius. uel putei ei⁹.seu fons respōdens ei.aut puteus tēperans eū.
Berothai.fontes mei·ul putei mei.seu fontes vlturū.aut putei vocantes.
Berothi.fontes uel putei mei.seu fons respōdens mihi.aut puteus tēperans me.
Berothite.fontales.seu puteales.seu fontes respōdētes mihi;aut putei tēperantes me.
Berſa:puteus federis. uel fons iuramenti.
Berſabee.fons septim⁹. uel fons iuramenti. siue puteus satians.aut puteus saturitatis
Bezith.in capite.uel in capitulo id est genesis q̄ in capite oiuz libroz posita est.
Bethan:fons altus uel puteus altissimus.
Berçellai.ferrū meū.uel fortitudo mea.
Besai.pinguedo mea ul⁹ ignominiosus mihi.
Besaia : pinguis dñs·uel ignominiosus dño.
Besamath.derelinquens uel derelictio.seu pingue donū aut cōfusio donatoris.
Besamath.adeps uel defecatio.
Besee.pinguis uel ignominiosus.
Besellam.obumbrans eos uel obumbraculum eoz
Beseleel.umbra dei·uel umbraculū diuinū
Besodia.angustia mēsure dñi ul⁹ tribulans mensurā dominicā.
Beslothi.pinguis ligatus uel ignominie declinatio.
Beſor.tribulatio uel angustia.seu carnalis aut pelliceus.
Beth:domus uel habitaculū.
Betha.requies. uel requietio siue domus ei⁹ aut habitaculū ei.
Bethacarem domus sterilis uel domus eruditionis tristicie.
Bethaphaleth.domus salutis uel domus vificans siue domus excludēs aut domus mirabilis.
Bethaphe.dom⁹ errozis uel domus mali. nō a malitia sed ab arboze.
Bethaphe.dom⁹ oris uel dom⁹ decipule. siue dom⁹ laquei aut dom⁹ disciplīe.
Bethaphua.dom⁹ induens eos.uel domus declinās os eoz seu requies labozū ei⁹ aut requietio inuitionis eozū.
Bethagan.dom⁹ lozti uel dom⁹ elationis.
Bethagla.dom⁹ vitule uel dom⁹ festiuitatis eius uel domus defectionis aut domus. plangentiū.
Bethaglam.domus planctus uel domus festiuitatis eoz.
Bethaim.dom⁹ idoli uel dom⁹ idolatrie siue dom⁹ decozās eos aut dom⁹ vulturis eozū
Bethaissimoth.domus deserta.uel domus adducens mozte.
Bethaloth: domus campestris uel domus in campestribus seu requiei vacans aut requietionē declinans.
Bethamoth:dom⁹ mozta uel dom⁹ mozte aliū seu reqes mozt̄ aut reqescēs mozt⁹.
Bethanara.dom⁹ pardoz uel domus amaritudinis seu requies amaricans aut reqetio pardi.
Bethanan.dom⁹ doni uel dom⁹ grē seu reqes donatoris aut reqetio gratificationis
Bethanath domus respōdent̄ uel humilitatis siue dom⁹ vbi est respondēs dñs aut domus vbi est gratia dei.
Bethania.domus obedientie uel domus afflictionis eius siue domus doni dñi aut domus gratificata dño.
Bethanoth.dom⁹ grē uel dom⁹ rñsiōis seu dom⁹ precinens uel domus precinentiū.
Bethara.dom⁹ aque uel dom⁹ putei.
Bethara.dom⁹ electionis uel domus electa siue dom⁹ suscitās eū aut dom⁹ vigiliaz ei⁹
Betharaam .dom⁹ mōtiū uel domus sublimitatis eoz siue domus suscitās gentē. aut domus vigilans populo.
Betharaba.domus suscitans patres·uel domus vigilans patribus.
Betharaba.dom⁹ grandis uel domus mīta siue dom⁹ humilis aut domus dispertina
Betharapha.domus sanās ul⁹ domus medicine seu reqes medici aut reqetio sanitat̄.
Betharā. dom⁹ ire uel domus sublimiū.

Bethbaram: dom⁹ vecoza: uel dom⁹ electa. siue dom⁹ suscitās gētē: aut dom⁹ vigilās. populo.

Bethbaran: domus vigilās dono: uel domus suscitans gratificationē.

Bethbaran domus ire: uel domus arcis. siue dom⁹ mōtiū: aut domus ascēsus humilium

Bethbasan: dom⁹ fumi: uel dom⁹ velicti: siue dom⁹ tollēs vonū: aut dom⁹ plasmata grē.

Bethbasan: domus veponens: uel dom⁹ vepositā. siue domus veponens vonū: aut domus vepositā gratie.

Bethbauen;: dom⁹ idolatra: ul' dom⁹ inutilis.

Bethbara: dom⁹ fontꝫ. ei⁹ ul' dom⁹ putei eius.

Bethbcrai: dom⁹ putei mei ul' dom⁹ i luie meo

Bethbesse: dom⁹ ꝛ fusa: ul' dom⁹ pinguedinis

Bethbeacon: dom⁹ sculpta: ul' dom⁹ sculpture

Bethbear: dom⁹ agni: uel dom⁹ cognitionis.

Bethbeur: dom⁹ frigida: uel lapis adiutorij.

Bethbagari: dom⁹ tritici: uel dom⁹ frumenti.

Bethbdagon: domus piscis tristis: uel domus pisciū tristicie.

Bethbe: dom⁹ eius: uel habitaculū.

Bethbel: dom⁹ dei: uel habitaculū dei.

Bethbemelech: dom⁹ vallis: ul' dom⁹ pfūditaꝫ siue vterus vult⁹: aut ventris sustētaculū.

Bethben: venter: uel vterus: seu dom⁹ fontis. aut domus oculi.

Bethbesimoth: domus veserta. ul' dom⁹ adducens mortem.

Bethbpbage: domus oris: uel domus bucce. siue dom⁹ oris vallū: aut dom⁹ maxille: ul' labij. Syrū est: ⁊ nō hebreū.

Bethbphalech: dom⁹ saluās: uel dom⁹ excelsus: seu domus viuificans: aut dom⁹ admirabilis.

Bethbphases: dom⁹ transcendens. uel domus transitionis.

Bethpheor: dom⁹ bians: uel dom⁹ biatus: seu dom⁹ bians pellitij: aut dom⁹ oris pellium.

Bethphese. dom⁹ trāsiēs. uel dom⁹ trāscēdēs. siue dom⁹ oris. aut: dom⁹ odoris florentis.

Bethgadar. dom⁹ muri. uel dom⁹ macerie.

Bethgamul: domus retribuens. uel domus retributionis.

Bethiesemoth. domus vesiderij dulcis. uel domus vesiderate dulcedinis.

Bethim. domib⁹ uel domus pluraliter.

Bethia. dom⁹ dñi. uel dom⁹ illuminationis.

Bethlabaoth. dom⁹ venientiū. uel domus ingredientiū.

Bethleem: dom⁹ panis. uel dom⁹ refectionis.

Bethleemite. dom⁹ panū. ul' dom⁹ refectionū

Bethlenatoth. domus venientiū. uel domus edificantium.

Bethmacha. dom⁹ mollis. ul' dom⁹ confracta siue dom⁹ pcutiēs. aut domus ingeniosa.

Bethmaon. domus habitaculi. uel domus inhabitationis.

Bethmarchaboth: domus curruū. uel dom⁹ quadrigarū.

Bethmarchaloth. dom⁹ quadrigarū. uel domus quadrigantiū.

Bethmatha. dom⁹ tributi. uel dom⁹ humilis fori.

Bethmozeth. dom⁹ archani. uel dom⁹ cōsilij. siue dom⁹ archanoꝝ. aut dom⁹ consiliorū.

Bethnemra. domus pardorū. aut domus amaricans.

Bethoza. dom⁹ humilis. uel domus vespertina. siue domus vremi. aut domus locoꝝ que sunt iuxta inhabitabilē.

Bethoro. dom⁹ ire. uel domus magistri.

Bethoron. dom⁹ ire. uel dom⁹ arche. siue dom⁹ montiū. aut dom⁹ ascensus humiliū.

Betholath. domus coccinea. uel domus vermiculata.

Bethroob. dom⁹ plateaꝝ. ul' dom⁹ latitudinis

Bethsabee. dom⁹ septē. ul' dom⁹ iuramēti. seu domus abūdantie. aut domus saturitatis.

Bethsachar. domus curuantiū. uel domus. singulorum.

Betsaida. dom⁹ frugū: uel domus pcudum. siue domus peculialis. aut dom⁹ venatorū.

Bethsamis. domus solis: uel illuminatiōis.

Bethsamite. domus solis pluraliter uel domus illuminate.

Bethsan. dom⁹ dormientis. uel domus securitatis. siue domus abundantie. siue domus egressionis.

Bethsemes. dom⁹ solis. ul' dom⁹ illuminans.

Bethsimon: domus oblatiōes. uel domus obediētie. siue domus audiēs merorē. aut dom⁹ veponens tristiciam.

Bethsimuth. domus loci. uel dom⁹ locoꝝ siue dom⁹ mortificās. aut dom⁹ mortificatiōis.

Bethsur. dom⁹ acerba. uel domus angustie. siue dom⁹ cōtinēs. aut dom⁹ fortitudinis.

Bethsur. dom⁹ fortis. uel dom⁹ directa. siue domus muralis. aut domus cōtinentie.

Bethsura: domus muri eius uel domus dirigens eum.
Bethsura: dom⁹ acerba ei uel dom⁹ angustie eius siue dom⁹ cõtinens eũ aut dom⁹ fortitudinis eius.
Bethsuram: domus dirigens eos uel domus muri eorũ.
Bethsuram: dom⁹ robusti ꝓpꝛi uel domus angustians ꝓpꝛm siue domus cõtineus eos aut domus acerbitatis eor.
Bethula: virgo uel casta siue domus volens ei uel dom⁹ parturiens eum.
Bethula: virgo dñi uel casta dño siue dom⁹ volens dño aut dom⁹ parturiens dñm
Bethurlarina: domus ignis sublimis uel incendij consurgentis.
Bethçacharam: domus memorie uel dom⁹ memoratorũ.
Beçech: fulgur uel egestas seu micans aut cõtemptus vanus.
Beçecha: micans ei uel egestas ei⁹ siue fulgurans eũ aut cõtẽnens vanitatẽ eius.

¶ Vic.i.post.b.

Blij: librarij uel litterati.
b Bithalassu. filios cõmiscens uel filiorũ cõmixtio.
Bithia: filia dñi uel filia dñans. Ipsa est filia pharaonis que adoptauit moysen.
Bithima: filla inutilis uel filia speciosa
Brie: sobrius uel moderatus.
Brierte: sobrij uel moderati.

¶ Vic.o.post.b.

Boaneryes. filij tonantes uel filij tonitrui.
b Boaneries. idem.
Bocci. vetustas uel vetus.
Bocci. lugens uel luctus seu vomens uel in vomitu.
Bochian. luctus dñi. est uel lugens dñm est seu vomens dño est aut in vomitu dñi est.
Bocbor. ingressus est angel⁹ uel primogenitus mihi.
Bochbozath. inclyt⁹ peccato uel primogenitus tempore.
Bochri. dilect⁹ mihi uel ꝓmogenitus meus
Bocbur: primogenit⁹ uel dilectus.
Boem. pollex eorũ uel in medio eorũ.
Bon. pollex uel in medio.
Boni. pollex meus uel in medio mei.
Bonni. digitus uel in medio.
Booç. in quo robur uel in quo virtus siue in ipso fortitudo aut ipse in fortitudine.
Bozith. fedus uel pactũ.
Boses. abscisus uel abscisio aut ipse florens aut in ipse floruit.
Bosphor. angustia succrescens uel tribulatio feritatis:
Bosor. tribulatio uel angustia siue carnens aut pelliceus.
Bosora. tribulans eũ uel in angustia ei⁹ siue caro eius aut annũcians ei.
Bosori. caro uel annũciatio siue tribulans me aut in angustia mea.
Bosra in angustia uel in tribulatione.

¶ Vic.v.post.b.

b Bbastus. os exprimens uel labiũ exprimentis.
Bugatus. excelsus uel sublimitas uel germen uel germinans
Buna. venit respondens uel venit responsio.
Bunos. venit respondẽs uel collis ꝓputiorũ.
Busa. confusio uel ignominia.
Buç. vespiciens uel cõtemnens.
Buçi. cõtemptus uel vespectus seu vespexit me aut cõtemptibilis mihi.
Buçites. vespectus uel cõtemptibilis.

¶ Sequit interpretatio nominũ incipientium a littera. C

Calaba. voces uel veloces. subaudit venerũt seu ecclesia venit aut ecclesie aduentus.
Caath. penitentia uel patientia.
Baath. volens uel volans seu componens.
Caathite. volentes uel patientes aut ventes molares.
Caathite. volentes uel volantes siue componentes aut ventes molares.
Cabalaam. preceps uel precipitiũ seu ꝓcipitauit aut ꝓcipitabit.
Cabarotb. memoria uel sepulchrum
Cabarothi. memoria mea uł sepulchrũ meum aut sepulchra uel memorie plurali numero.
Cabarothi atbanai. memorie vesiderij uel sepulchra concupiscentie.
Cabasan. cõgregans eos uel ecclesia eor.
Cabzatba. quasi graue uel quasi elicitum.
Cad. mare uel principium.
Cademoth. mare mortuũ uel principiũ mort⁹
Cades. translata uel fons iudicij.

C

Cades.sancta uel mutata seu mare tollēs aut principiū plasmationis.
Cadesa.trāsferēs eā uel fons iudicij eius.
Cadesa.scoꝛtū uel scitas eius siue mutata ei aut principiū plasmationis eius.
Cadelbarne.sanctitas motionis uel sanctitas electe mutationis.
Cadesim.cōmutati uel exterminati.
Cadumim.mare rubꝛū uel mare antiquoꝛū. ꝓpter antiqua q̄ facta sūt in eo miracula
Cadrantes. caligo uel tenebꝛe quod nos per litterā.q.et.y.quadrantes dicimus.
Caph.incuruans uel incuruatio.
Caph.vola uel palma siue manus.
Caphbarnaum.ager pinguedinis uel villa consolationis.
Caphbarsamala man⁹ suscitans ꝛ timētum uel operatio vigilans retributionis.
Caphꝛeta.man⁹ robusta uel operatio perfectionis.
Caphira.expiatio uel manus dissipata.
Caypbas.sagax uel inuestigatoꝛ siue vomēs oꝛe aut vomitus oris.
Caym.possessio uel lamētatio siue acq̄situs. aut aquisitio.
Caynā.possidēs ꝓpm uel lamentatio ꝓpꝛi siue acquirēs eos uel acquisitio eoꝛū.
Caynan.possidēs vonū uel lamentatio gr̄e siue acqrēs grām aut acq̄sitio donationis.
Caleb.canis uel quasi viridi siue quasi coꝛ aut quasi omne coꝛ.
Calepb:idem
Calitba:q̄si viridis aut quasi omne coꝛ.
Calistenes:miseria humiliū: uel cōsūmatio resp̄sionis.
Calubi.canis meus.uel quasi viridis meus. siue quasi coꝛ meū aut quasi oē coꝛ meū
Claudi⁹.spes tranq̄lla uel spes tranq̄llitatis
Claudia.idem.
Cautbomon.locus flet⁹ uel locus fletuum
Camua.statio uel resurrectio.
Camuel.stans deo uel resurrectio dei.
Camuelite.stātes deo uel resurrectiōes dei
Camon.statio inīq̄ uel resurrectio inutilis
Canna.fundū uel calam⁹ seu ꝑparans uel ꝑparatio. Notādū itaq; q̄ nostrū latinum canna de lingua hebꝛea sumptū sit.
Canaan.cōmutatus uel cōmutatio.
Cananeus.idem.
Canath.elatio uel ꝛelotipia.
Candacis.cōmutans uel cōmutatio.
Canden.clangoꝛ uel recursus seu retinēs aut retentio.
Cappadocia: man⁹ foꝛtoꝛis uel man⁹ exploratoꝛis seu man⁹ dño redimens. aut man⁹ redempta a dño.
Cappadoces.man⁹ foꝛtoꝛū uel manus exploratoꝛum siue manu redempti dño aut manu dño redimentes.
Capparis: man⁹ redēpta uel man⁹ redēptio siue man⁹ foꝛtoꝛis aut man⁹ explozatoꝛis.
Capseb: ecclesia uel cōgregatio.
Capseel.cōgregans deo uel ecclesia dei.
Captoꝛ. cappadoꝛ uel cappadocia siue man⁹ foꝛtoꝛis aut manus explozatoꝛis.
Capturim.cappadoces uel manu foꝛquētes siue man⁹ foꝛtoꝛ aut man⁹ explozatoꝛū.
Carchamis.vrbs attrectās uel civitas congregatoꝛum.
Carchan:civitas grē uel oppidū donationis.
Carchar.inuestigatoꝛ uel inuestigantes. siue oppidū vigilans.
Caree.caluus uel caluitiens siue occurrens ignis aut occursus igneus.
Carcim.decaluās eos uel decaluatio eoꝛū.
Cariath.vrbs murata uel civitas seu oppidū uel villa.
Cariathbaim.gfecta vocata uel gfecta vocatio seu villa coꝛū aut oppidum coꝛ.
Cariathma.villa coꝛ uel civitas populosa
Cariathbarte.villa q̄tuoꝛ uel civitas q̄tuoꝛ id est adam abꝛaham ysaac ⁊ iacob qui ibi sepulti sūt.
Cariathbaal.vrbs vīoꝛū uel civitas babēs seu villa deuoꝛans aut oppidum destructum
Cariathdemna.villa silens uel villa silentij.
Cariathbari.villa deficiens uel oppidū defectionis.
Cariathbiarim.villa siluaꝛ uel civitas saltuū seu villa deficiens eis aut villa defectionis coꝛ.
Cariathbim.civitas maris uel oppidū mariū
Cariatsepber.villa pulchꝛitudinis uel civitas litteraꝛ.
Cariachbaa.civitas pnie vl̄ oppidū patientie seu villa volentiū aut civitas volatoꝛū.
Carie:caluus uel caluitium siue occurrens ignis aut occursus igneus.
Cariothi:occurrēs igneū uel occursus igne⁹ siue calu⁹ respondens aut caluitiū tēporale

Carieb: occurrēs ignis uel occursus ignē.
Carmelus: mollis uel tenellus siue cognoscēs circūcisionem aut scientia circūcisionis.
Carmelite: molles uel tenelli seu scientes circūcisionem aut cogniti circūcidentib⁹.
Carmi: vinea mea uł cognitio mea siue aqua agnoscens aut cognitio aque.
Carmite: vinee mee uel cogniti mei siue agnoscentes aquas aut cognitiones aquaꝝ.
Carnaim: cornua uel ꝛefensiones seu conscientes fluctū aut diuisio commotionis.
Carmo: cornua uel ꝛefensio.
Carmon: cornu iniquū uł ꝛefensio inutilis seu ꝑscidens merētes aut diuisio murmurantiū
Caromel: mollities uł teneritudo seu cognoscens circūcisionē aut scientia circūcisiōis.
Caromelite: molles uel teneri siue sciētes circūcisionē aut cogniti circūcidentib⁹
Carpum: scientem clare uel cognoscentē perspicue.
Carthago: scrutatio uel consumatio seu ꝛbs meditans aut ciuitas solēnis.
Carthaginenses: scrutantes uel cōsumati seu ciues solēnes aut ꝛbane meditantes.
Carthan. ꝓfecta ꝛocatio uel ꝛocationem ꝓfecit siue ꝛbs ꝓpł uel ciuitas eoꝝ.
Carth⁹. ꝓfecte ꝛocat⁹ uel ꝓfecta ꝛocatio. qō apud nos melius effertur p.q. litteram ut dicatur quartus.
Casaia. sūm⁹ dñs uel principiū dñi.
Caseon. dure fortes uel duri fortitudine seu summitas inutilis aut principiū murmurationis.
Casphia. summitas liberans dñm uel principium liberationis dñi.
Casphor. summitas liberans montes uel principiū literalis iracūdie.
Casia. sum⁹ dñi uel principiū dñi.
Casim. summitas uel principiū siue summitas eoꝝ aut principiū eoꝝ.
Cassis. messis uel mensis seu summe vigilans aut principiū vigilie.
Casis. sūmitas viri uel ꝑncipiū assumptiōis.
